



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



20-3-0

B.2.10.860



HEEK GENT



Digitized by Google

BL10860





MONUMENTA  
SEPVLCRALIA  
ET  
INSCRIPTIONES  
PUBLICÆ PRIVATÆQ.  
DVCATVS  
BRABANTIAE.

FRANCISCVS SWEERTIVS F.  
posteritati collegit.



ANTVERPIAE,

Apud GASPARUM BELLERVM,  
sub Aquila aurea, Anno M. DC. XIII.





CONSULES  
SENATVM P. Q.  
ANTVERPIENSEM.



OMNIBVS eandem pereundi  
legem mens æterna dixit,  
& hoc omne quod in ho-  
mine admiramur, ali-  
quot annorum terminis descriptum  
est. Ut profectò mihi in Naturam re-  
rum intuenti, sæpe eandem accusare  
aut absolvere lubeat: quæ his nervis  
atque his ossibus tam grande deposi-  
tum concedidit, ut pertæsa liberalita-  
tis suæ, prius extorquere eam videretur,  
quàm in solidum concedat. Equi-  
dem, quoties inter tumulos patriæ  
nostræ & sepulcra oberro, subit ani-  
mum infelicitatis nostræ iusta recor-  
datio: cui cum lachrymis nonnun-  
quam litare soleo. Rursus, cùm vim  
animi, & perennitatem literarum vi-  
deo,

## EPISTOLA

deo, iuvat admirari hominem, qui cū fluxæ fragilisque vitæ sit, solus homini donare immortalitatem possit atq; accipere. Neque obscure vora omnium huc tendunt, & in spem illam mortalitas ascendit. adeò neque impensis pepercere vnquam neque operæ, vt quia vitam non poterant, vitæ titulos ac monumenta charis suis propinquisque relinquerent. Quorum pietatem laude simul ac commiseratione dignam existimo. Siue enim immensum hoc æuum videas, quid est quod futurum semper posthac speres, cū quæ hactenus steterunt, iam fuisse videas? Siue huius sæculi calamitatem & miseriam, metuo herculè, ne non amplius timenda nobis sit vetustas, cui ne nocendi quidem spatium bellorum immanitas reliquit. Pudet recordari profectò quæ in vrbe vestra, quæ in toto hoc *Belgio* aliquot his annis

## DEDICATORIA.

nis barbarè atque immeniter patrata sunt: dum miserrimi hominum bella sine hoste gessimus, & in ipsis patriæ visceribus ferro flammâque hostium exempla prætergressi sumus. Magnificas & propemodum cælo quoque invidendas templorum moles humo æquari vidimus: marmora ac æra & quæcunq; seculis opponere hominum solertia solebat, manibus mortalium & furori celsisse. Neque nullum tamen vsum in hac tanta calamitate fuisse existinem. Nam cum reliquæ ætates multa quoque aut crudelitatis aut vecordiæ exempla dederint, hac profectò sola apparuit, nullum esse immortalitatis subsidium, quod non ab æternitate literarum & his artibus petatur. Mens humana quippe iuris sui pertinax, ævum omne intuetur, quæ cum disciplinas semel est complexa, nulla seculorum meta cohibe-

ri nullis finibus includi potest. Par-  
 ture enim fomes ille ac ardere inci-  
 pit, cuius opus ultimusque finis est æ-  
 ternitas. Quippe sicut chalybis attritu  
 flex ignem concipit, & mox diffun-  
 dit: ita animus humanus postquam  
 incallescere illo scientiarum igne ince-  
 pit, radios diuinitatis suæ & scintillas  
 emittit. Hinc tot opera præclara, tot  
 diuina, & in omne sæculum itura mo-  
 numenta & conatus hominum. Quo-  
 rum equidem auctoribus neque inge-  
 nio aut instituto pares, neque pietate  
 inferiores sumus. & ut cæteras laudes  
 ijs concedamus, vnâ certe diligentie  
 impetrabimus. Neque enim corrupta  
 eorum iudicia moramur, quibus no-  
 ua esse hæc videbuntur: qui si Roma-  
 norum instituta ac mores, quæ his an-  
 tiquiora sunt, studio summo ac labo-  
 re exornatum atque excultum sunt,  
 nobis quia ætate cedimus, nihil admi-  
 ratione

## DEDICATORIA.

ratione dignum esse arbitrentur; auctor sum ijs, ut in Romuli aut Pópilij imperio vitam omnem transigant, fellas curules, fasces ac trabeas, Consulatus ac Dictaturas denique loquantur semper ac somnient, nobis verò patriæ oblectamenta pariter ac curam relinquunt. Mihi verò contrà irridere eos lubet, qui cum noctu diuque animum antiquis moribus intectum habuere, ritus atque ceremonias Quiritium ingenti labore imbibere, domi & in ciuitate sua omnia ignorant. Naufragos profectò aut externos esse homines crederes, quos ex orbe aliquo ignoto ventus aut tempestas subito eiecit: ita nauseabundi in patria sua ac fastidiosè versantur. Nostra alia est ratio, qui & minus temporis quàm illi literis impendimus, & plus tamen patriæ ex eo consecramus. Scientiam sine Prudentia non colimus, & hanc ipsam



# EPISTOLA

ipsam intra publicam vtilitatem consistere arbitramur. VOBIS verò, vrbis magnæ, maximi PATRES, dare ea atque inscribere suadet hic animus, suadet hoc opusculum. Hoc, inquam, quia vestrum est, & in ea terra natum, cuius vos caput: ille, quia non minus talis, & cum ipsa luce quam hausit pars ciuitatis & vestri. Quæ minora tamen sunt omnia, quàm maiestas vestri nominis & splendor. Urbem eam tenetis, quæ Inuidia audiente dicam, *Orbis admiratio* est, & quod olim ille de æterna, *Compendium vniuersi*. In illa per hos dies, cùm duos ac XL annos ciuili ac plusquam tragico bello decertatum esset, hinc illo Rege Regum Hispano arma ciente, illinc, Ordinibus vnitarum Prouinciarum classicum canentibus, Induciarum tandem pacta fœdera, ac æternæ (tu modò magne aspira Deus) Pacis & Concordiæ

DEDICATORIA.

diæ iacta fundamina. Leges maiorum  
ac ritus vi magna, animo maiore de-  
fenditis, & in publica hac tempestate  
inconcussi hactentis stetistis. Laus  
magna, sed quæ vestra quoque est, ne-  
que à fortuna sed à iudicio, à quo no-  
ster quoque hic cultus: quem VIRI MA-  
XIMI, solidum vobis æternumque vo-  
ueo. Antuerpiæ. Anno ab incarnato  
Deo CIO. IOCXIII. XXVIII. Augusti.

BLASIO DE BEJAR

ET

ÆGIDIO GERARDI

COS.

\* 5

LECTO-

## LECTORI BENEVOLO.

**I**N quo vitæ puncto exorimur, ab hoc ipso  
 vergimus in occalum. Verbo dicā, mortales  
 sumus, sed tamen quodam naturæ nobilioris  
 instinctu immortalitatis avidissimi. Quo fit, ut  
 fugientem vitam perennare iubeamus in no-  
 mine, quantum possumus: nomen verò vel  
 æri vel marmori committamus. Sed & his in-  
 uidet temporis iniuria, neque tantum nobis  
 licet esse beatis, ut eius dentes possimus eua-  
 dere, nisi quis melioris metalli animus, mor-  
 sum rubiginis anteuertat. Hoc mihi proposi-  
 tum facere Brabātis meis exterisque in ea se-  
 pulchris: vindicare nimirum à morte mortuo-  
 rum nomina, commissa tabulis pereuntibus,  
 eorumque epigraphas sepulcrales dare in lu-  
 cem, quos lucis viura iam pridem exiit fatalis  
 necessitas. Quis vetet id Brabātis facere, quod  
*Laurentius Schraderus* toti Italix, *Bernardinus*  
*Scardeonius* vrbi Patauio, & *Simon Grunæus* Basi-  
 leæ, alijque hoc sæculo melioris literaturæ vi-  
 ri præstiterunt? Noua sunt, inquires, & recentia  
 quæ obtrudis. Ita est, fateor: sed quidnam se-  
 nuit, non ante nouum? Aeuum expecta, & hæc  
 canuerint. Quin vel ex hoc ipso laudem me-  
 reor, quod incertam Inscriptionum eiusmodi  
 senectutem perennantibus chartis reddo  
 certissimam, & ea quæ longa obliuione erant  
 oblitterata, & quasi cimmerijs tenebris inuo-  
 luta, in lucem eruo. Fruere ergo, quisquis es,  
 Lector beneuole, & nisi graue admodum est,  
 hanc

EPIST. AD LECTOREM.

hanc mihi in meos Brabantos pietatem per-  
mitte, ut olim denatus, pares in te posterorum  
animos experiaris. VALE, et si hanc noſtram  
opellam probas, affectum Epitaphiorum opus  
confectum propediem videbis. Iucundior  
quidem erit labor, si ab omni obſectatione &  
malevolentia liber erit. Illud vitro profiteor,  
leues quasdam aut tenues Inſcriptiones &  
Epitaphia intercurrere: & ut auenam aut lo-  
lium in meliore fruge. Quid mirum in hoc  
numero? facilis emendatio. Non lege ſed eſſi-  
ge. Nos delectant interdum quoque quæ non  
penitus probamus. Iterum VALE.

AD LIBRVM.

**P**roſequimur maſſis aliorum funera miſis,  
Forſan erit noſtra nulla querela necu.  
Me viuo, moriere liber fortasse: quid inde?  
Sæpe ſenem moritur filius ante patrem,  
Seu moriari igitur viuo me, siue ſuperſtes  
Sic mihi, mortalem me genuiſſe ſcio.

OCTAVI PISANI ad Imidum.

Qui maledicta paras, oculiſque hac cernis acutis,  
Omnibus muideas, Linide, nemo tibi.

De

# De fato scriptorum, libros in publicum edentium, ex quadam CL. V.

THOMÆ MORI Angliæ

Cancellarij

EPISTOLA.

**T**Am varia sunt palata mortalium, tam absurda iudicia, ut cum his haud paulò felicius agi videatur, qui iucundi atque hilares genio indulgent suo, quàm qui semet macerant laboribus & curis, ut adant aliquid, quod alijs utilitati possit esse vel voluptati. Quibusdam solum placent vetera, plerisque tantum sua; adeò mobiles alij sunt, ut aliud sedentes probent, aliud stantes. Hi in aulicis & tabernis, sedentes inter pocula, de Scriptorum iudicant ingenijs, magnæque cum autoritate condemnant, utcunque libitum est, suis quemque scriptis veluti capillitio vellicantes: ipsi interrim, nihil in publicum adentes, tuti; & quod dici solet, *εὐσελῆς*. quippe tam leues & abrasæ undique, ut ne pilum habeant boni viri, quo possint apprehendi. Sunt prater ea adeò quidam ingrati, ut, cum impensè delectentur opere, nihilo tamen minù oderint auctorem; non absimiles inhumanis hospitibus, qui cum opiparo convivio prolixè sunt excepti, saturi demum discedunt domum, nullis habitis gratijs, vel maledicentes etiam ei, à quo sunt inuitati. I nunc, & hominibus tam delicatis palati, tam varij gustus, animi prater ea tam memoris & grati, tuis impensis epulum instrue: vel tantis laboribus, curis & vigilijs, librum quo se oblectent, adde.

Syllabus

# Syllabus eorum qui Epitaphia publicarunt & Inscriptiones, de quæ Tumulis & Funere scripserunt.

**A** Dolphus Occo Medicus.

Aldus Manutius in lib. de Orthographia.

Bernardus Brissonus lib. VII. De Formulæ multa vetera recenset Epitaphia, & de Tumulis doctissime scribit.

Balthasar Mentzius Saxo, Epitaphia VVittenbergensia.

Bernardinus Scardeonius, Epitaphia Patavina.

Cæsar Baronius, S. R. E. Card. in Annalibus Ecclesiasticis.

Franciscus Bernardinus Ferrarius, de Funere Christianorum parat legitimum & iustum opus Mediolani in Collegio Ambrosiano, excitato à Frederico Borromæo Cardin. & Archiepiscopo Mediolanensi.

Franciscus Sweertius F. Delicium Christiani orbis orbi dedit.

Ianus Gruterus in Inscriptionibus Romanorum post Smetium.

Ioannes Kirchmannus Lubecensis De Funeribus Romanorum lib. IIII.

Ioannes Meursius de Funeribus.

Iustus Lipsius dedit & auxit Inscriptiones Romanorum M. Smetij.

Laurentius Schraderus Saxo, Monumentorum Italia lib. IV.

Martinus Smetius, Inscriptiones Romanorum.

Nathan

Nathan Cythraeus *Delicias itinerum in Europa  
enulgaum.*

Pantaleon Candidus *antiqua & recentia Epœ.*

Petrus Andreas Canonici Genuensis Flores E-  
pitaphiorum.

Petrus Apianus Mathematicus Inscriptiones Sa-  
cro-sancta relictatis.

Simon Grunæus *Antigrapha monumentorum Ba-  
siliensium.*

Tobias Fent pictor Vratislaviensis monumenta  
clarorum doctrinæ præcipue toto orbe terrarum virorum  
cum iconibus.

Reges, Regina, Nobiles, & alij in Ecclesia  
Collegiata B. Petri West monasterii sepulti  
vsque ad annum c13. 13c. Excus. Londini,  
abique nomine auctoris.

In Titulos & Monumenta Belgica, studio  
& diligentia FRANCISCI SWERTI F.  
cuius Antwerp. collecta.

IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER Caesaris à  
Burden Fil.

**Q**uacunque in patria penetratis, au abdita priscis,  
Vel saxa poterant caesa, vel ære legi,  
Quæ nulla utilitas, non gratia certa manebat,  
Dum sparsa in varijs sedibus illa iacent,  
SWERTI cura legens corpus conduxit in vnum,  
Ex tam diuersis inssa coixe locis;  
Qualiter Aegides, vt Athena surgere possent,  
Dicatur ex omni parte citasse viros.

Nec

Nec minus à Titulis, SWEERTI, tibi gloria parva est,  
Quàm Titulus à te consiliatur honos:  
Nam vitâ sanctis vitam monimenta dederunt,  
Ast vitam debent nunc monimenta tibi.

Ianus Gruterus Antwerp.

SWEERTI, Mercurialis oranti lumine dextra  
Cui melicam allucet lucrisq; amque facem;  
Quàm bene iura truci Libitina cogis in arctum?  
Pestifera morti quàm bene bella mones!  
Ex totoque vetas homine orcum agitare triumphos,  
Nominaq; & laudes igne perire rogi!  
Sed pius instauras ruituris sculpta sepulchris  
Elogia, & titulis das decus esse novum.  
Macte pio officio, nam quorum sis bene fama  
Per te, fama simul surgit & inde tibi.  
Fama vel ad seros aeterna futura nepotes,  
Donec erunt Tituli, marmora donec erunt.

Daniel Heinsius Gandensis.

DEBITA ventaris monimenta nepotibus olim,  
Seu foret hos ferri, siue adamantis opus,  
Ciuiilis rabies passim tollebat & arma,  
Qua per se poterat tollere longa dies.  
Marmora cedebant, ferrum cedebat & ara,  
Cedebant varia saxa notata manu.  
Laudibus orba suis Titulique BRABANTIA mater  
Stabat, & infelix sollicitabat opem.  
SWEERTIUS & ferro morienti occurrit & ari,  
Musarum & patria quem stimulauit amor.  
Nunc saltem artificii Reges diffidite dextra,  
Cum ferrum pereat, cumque adamantis opus

Si



*Si quicquid nequeunt lapides, adamasque chalybsque  
Et quicquid nequeunt marmora, charta potest.*

Max. Vrientius Gandensis.

**D**icitur Amphion, saxis coëuntibus, urbem  
Terrarum ad Cythara constituisse mele.  
Mirum opus, ingenij vis mira, regentia saxa  
Obsequium fidibus non renuisse fabri.  
Græca fides credat, non nos, nisi SWEERTIVS audax  
Aut simile, aut maius nunc quoque tentet opus.  
Maceriem lapidum structura aptauerit alter,  
Non minus hic marmor cogit, & ara trahit.  
Vnius ille urbis iustum coalescere corpus  
Iusserit, hic regnum grande coire facit:  
Testis magna parens diffusa Brabantia, Belgi  
Maxima, mole, virum prole, decore, situ;  
Diuorumque aris, admirandisque sepulchris,  
Cui tulerit nullam Græcia tota parem:  
Attamen hanc tantam, tot lata per opida sparsam,  
Tot celebrem Titulis; totque virum tumulis  
Dadalmus ille operum stricto velut implicat vno  
Inque papyracea SWEERTIVS vrbe locat.  
Tanto equidem maior Thebano Amphione, quanto  
Quantumcunque potens vrbs regione minor.

Michael vander Hagen v. n. Antuerp.

**Q**ui monumentorum Titulos mira arte, labore  
Digeris, in lucem subuehis eque situ;  
Vnum promeritus, SWEERTI, es pallentibus vultibus  
Ne Libitina tuum mergat acerba caput.  
Vel si hac ipsa monent esse omnia debita fato,  
Crede, tuo est tumulo iustum habendum honas.

Et

Et defunctorum ut viuacia nomina reddis,  
Usque tuo, hoc, sic cum nomine uiuat opus.

Gerardus Eligius.

**B** Rachbanti Manes, & fortunata piorum  
Progenies, quorum post busta, rogosque superstes  
Nomen in Elysio est, seu vos Traias alma polique  
Aeterno recreant topiaria florida vere;  
Lipsana seu tumuli dulcesque renisere cordi est  
Exuias anima, rapite in noua gaudia mentes.  
Surgite de tumuli alacres, cineresque nouena  
Luci, & imbutam nunc temnite lacte fauillam;  
Degeneresque rogor, hypogaeaeque linquite, & urnas  
Depositum, fortuna, tuum. Iam carmine vobis  
Ibimus inferias: bustumque perennius ate,  
Quod nec soluat hyas, nec complens nubila foetu  
Imbricitor (stupeat quamuis malefida rotatrix  
Orbis & inuideat) bustum sacra bitur umbris  
Alius insani molimine Mausolei.

Felices anima queis gemmea fama sepulcri  
Emicat, & facies quondam notissima munda  
Exurgit busti; qualis, cum fronde reuellit  
Marmora Messala, surgit caprificum in auras.  
Sweertius hanc vobis pietati posthumus haeres  
Integrat, atque ani non inuoluenda ruinis,  
Vestra Brabantis consignat nomina fastis.  
Creditur Alceste fati impensa mariti  
Parcarum exorasse colos, iurataque saue  
Fata horrenda stygi, cum decrecentia sensim  
Licia forficibus meteret fera turba supremis;  
Virbion assertum medicis Epidaurius herbus,  
Lactitet, & Delphis functos, fatoque peremptum  
Tyndaron, & mendax Glaucum miretur Oaxo.

✱✱

Quem

Quem procul auditis autum clangoribus augur  
 Reddidit, anguinea stupefactus imagine pugna.  
 Tota Acherontis è faucibus agmina surgunt  
 Indeptogantise die, cipposque relinquunt.  
 Tu velut hamonia discriptum Colchis abeno  
 Aesona dum coquerat, mox in contraria cedens,  
 Decreptos artus vita meliore redemit;  
 Hand aliter, quos Invidia caligine fatum  
 Merferat, & morsu mors deturparat iniquo,  
 Restauras fato vita melioris, & alcum  
 Molitum pietatis iter, solenne parentas  
 Vmbrarum Ordinibus non manibus Ennata functis,  
 Aut messes Cilicum impendens, silicerniaque Orci  
 Pabula, degeneris solatia languida turba,  
 Illa iuuent alios, quas desperatio lucis  
 Aeterna exanimat, quos mors addixit Aorno.  
 Non hac ferales epulas sibi iusta requirunt.  
 Brachbantos manes omnis gratabitur etas  
 Tenareum liquisse chaos, Macle esto, stupebit  
 Posteritas, sed & illa leget, gratosque labores  
 Accipiet, tantum non aspernata clientem.

Balthasar vander Piet Antwerp. in  
 monumenta sepulcralia FRANCISCI  
 SWEERTII F. cognati sui cariss.

**G** Audete pura Numina Libethra,  
 Pallasque fontis Castalij decus,  
 Gandete, Sweertijque laudes  
 Non solito celebrate cantu.  
 Nam quos doletis Cimmerijs diem  
 Impune in umbra carpere liuidas  
 Obliviones, enitefcunt  
 Sole diem referente purum.

Quos preßit atro tempus edax fitu,  
 Nunc candicantes Luciferi faces,  
 Et lucidas Phœbi quadrigas  
 Conspicuo præeunt decore.  
 Hos rara nostri musa Sweertij,  
 Stellantis aquans verticibus poli,  
 Euexit obstantes per umbras  
 Puniceis super astra bigis.  
 Certè laboris plenum opus ardui,  
 Cui non arenas prætulerim Tagi,  
 Non turbidis quod voluit Hermus,  
 Aut placidus Arimaspus vndis.  
 Quare ô factati Calliope chori  
 Regina, magnis inclyta cantibus,  
 Illius insignem virenti  
 Daphnidæ neçte comis coronam.  
 Descende calor, & cum sine te nihil  
 Profint honores, hunc Getica chely,  
 Hunc Lydio donare plectro  
 Teque suasque decet sorores.

Eiusdem.

**E** Drydiden Stygiâ fertur reuocasse palude  
 Orpheus, Oeagri Calliopeque genus.  
 Tu varios, SWEERTI, reuocas Demosthenas Orco,  
 Queisque Themis teneris risit ab vngniculis;  
 Rethoras, Historicos, nec non qui mitibus herbis  
 Parcarum extendunt pensa, breuesque calor,  
 Et qui carminibus bifidi de vertice montis  
 Ducunt laurigeras in sua tecta Deas.  
 O veterum atque nouorum heroum acerrime vindex!  
 Orpheus, te Sweerti quis superare neget?

THEOPHYLACTVS SIMOCATVS.

Si mœrorem vis vincere, circui sepulcra, & passionis inuenies remedium, & maximas hominum fortunas, vltèrius cinerem videbis esse nihil.

SENECA.

Poma quædam suauiter acerba sunt; & in vino veteri delectat & ipsa amaritudo : sic amicorum defunctorum memoria mordet animum, sed non sine voluptate.

D. CHRYSOSTOMVS.

Proficiscamur ad sepulcra, ostende mihi patrem, ostende vxorem tuam. Vbi est qui purpuram induebat? nihil vïdeo præter putrida ossa & vermes.

Non-

NOBILISS. ET ANTIQVVS.

## DVCATVS BRABANTIAE

PER

FRANCISCVM SWEERTIVM F.

BREVIS DESCRIPTIO.



BRABANTIA Belgicae illius Galliae tot encomijs à Iulio Cæsare celebratae, non minima pars est. Prouincia prima est inter XVII. gaudetque Ducatus titulo. Quo tempore BRABANTIAE nomen nata sit, planè incertum. Nomen sane nuperum, quod ut certò constat, non peræque eius origo. Dedisse huic nomen *Braben* Dux Cæsaris, aut *Brennus* Britannorum, cuiusdam Regis fil. dicitur, qui fortè fortunâ in ea delatus loca, cum tyrannum Scaldis fluminis ripas munitissimâ arce occupantem (qua à fluminis traiectu vectores, nisi soluto dextræ manus vectigali prohibebantur) interfecisset, regionem eam nomine suo honestasse, & immanissimi hominis tyrânide leuasse. Pro meris fabulis & Poëtarum figmentis hæc habeo; ergo deliramenta hæc missa faciamus. *Pontus Heuterus* amicus olim noster in ea opinione est nomen mansisse à *Bratuspantiis*. Excisa enim eorum vrbe (quæ sine dubio in ea Belgarum parte fuit, quæ hodie vocatur Picardia, sed quo loco facile dici non potest; sub Belouacorum enim eos fuisse imperio scribit Cæsar lib. II. de bello Gallico) in nostram hodie,

A

Bra-

*Brabantius* superstites è clade migrasse credendum, nomenque veteris patriæ seruasse, ac sensim à *Bratuspant* factum *Brabant*, vnica è vocis medio detracta syllaba. Chronica Batauiæ in vita Comitis Theodoricæ III. eam opinionem confirmare videntur, sic enim in quodam diplomate : *In Comitatu nostro Rhyensi ac Bratuspanti, cuius ditionis pagi sunt Westerlo, Oosterlo, Mierbeta, Hombeca, Burenta, &c.* quos etiamnum hodie pagos *Brabantia* nouit, excepto *Bratuspantio*, quod nusquam extare nunc memini, nisi in Ducatus titulo. Nouit enim adhuc Comitatum *Rhyensem*, cuius primum obtinet locum *AN-VERPIA*, orbis oculus. Offero tibi candide Lector, hanc coniecturam, quam nec oppugnare nec defendere est animus. Vbi enim destituimur historijs, ad coniecturas deflectendum est, quæ si non certæ, veritati tamen consonæ esse videntur. Verisimilis maximè eorum videtur opinio, qui *Brabantiam* dictam existimant quasi *Bracklant*. Vnde & apud vetustiores Chronographos *Brabantia* vel *Brachbantia*, *Brachbanten* pagus legitur. Est enim terra ea in plerisque locis maximè sterilis, præsertim in Campaniæ *Brabantia* ericetis. Iulij Cæs. tempore in se complexa est partem *Eburenorum*, *Atasiorum*, *Menapiorum*, ac *Nerviiorum* : in vniuersum autem *Ambinarios*, *Bethasios*, ac posterioribus temporibus, *Taxandros*. Ducis titulus ad hæc à tempore Principum stirpis *Karoli Magni*, è quibus *Lotharius Cæsaris Lotharij F.* qui factus monachus, præ hereditaria portione, obtento *Austrasiæ* regno, id in

in nomen suum convertit, ac *Lothreichij* regnum, quod nunc *Lotharingia*, vocari iussit. Cur vero *Brabantia* Dux primum solo *Lotharingia* titulo vteretur, docet *Iannes Gerbrandus Carmelita Leydenfis* in *Chronico M. S. Hollandiæ* (quod breui fauente Deo, operâ *Reueren. Patrie Andree Schotti* lucem videbit) lib. VII. cap. XI V. quod nimirum magnam *Lotharingia* partem possideret: à digniori sumpta denominatione, eo quod *Lotharingia* regimen esse consuevit, *Brabantia* verò Ducatus. *Hollandiam* & *Geldriam* à septentrione habet, *Leodicensem* diocesim ab Oriente, *Namurei Comitatum*, nec non *Hannoniam* ad meridiem respicit. *Flandria* illi ab occidente est, *Scaldecque* fluuius ab ea ex parte dirimitur. *Mosa*, *Scaldi*, *Sabi* & *Tenera* fluminibus ferè circumscribitur, adeò vt nusquam hos fluuios transiliat. Complectitur *Marchionatum S. Imperij*, cuius caput est *ANTVERPIA* patria nostra: *Marchionatum Bergensem* ad ripam *Zomæ Fl.* Ducatum *Arschotanium*, Comitatum *Hoochstratanum*, *Megensem* & *Cantecroium*. Principatum *Bredanum*, ac Præfecturam *Mosa-traiectensem*. Baronatus plures. Regio est perquam amœna, vberique gleba, frumenti & omnis generis fructuum feracissima. Indies agricolarum industria & indefatigabili labore adeò excolitur, vt vbi quondam nihil præter incultos arenisque obductos campos videre erat, hodiè in agros frumenti feraces conuersos, maximo incolarum commodo, cernas. Est in eadem tractus versus ortum, *PEELE* dictus, cuius terræ ad ingressum tremunt, neq; per eum



currubus aut equis transitus est, nisi hyemis tempore, cum frigore & glacie huius soli superficies rigescit atque obduruit. Gens hilaris, adeo ut vix grauem senectutem sentire videatur, iuxta illud:

*Brabantina cohors bilarescit quando senescit.*

**A**ëris hic maxima salubritas, nam grassante scquitia in circumiacentibus regionibus pestilentia, Brabatos ab ea intactos mansisse sapissimè non sine admiratione experti sumus. Diuiditur tota regio in *Toparchas* IV. ANTVERPIENSEM, cuius imperio subduntur *Berga ad Zomam, Breda, Lira & Herentaldum*. LOVANIENSEM, quam *Thena* sequuntur. BRUXELLEENSEM, quam *Viluortum*, & BVS CODVCENSEM, cui *Eyndhouia, Helmonda, Taxandria, Peelandia*, & maior Campinæ pars subiiciuntur. Habet opida muris fossisque ac vallis cincta XXVI. exceptis municipiis, vernacula lingua *Vryheden*, quæ ciuitatum superant numerum, cumque multis certant opidis, siue loci ambitum, ædificiorum multitudinem, hominum frequentiam, siue opes spectes: Pagos verò DCC. Opida autem hæc sunt:

ANTVERPIA ad Scaldim Fl. Germaniæ non solum emporium, sed totius Europæ celeberrimum, quam non immerito VRBEM VRBIVM vocat magnus ille LIPSIVS, mel & delictum Musarum; *Christophorus Stella* Hispanus, Vniuersi terrarum orbis forum nundinarium nuncupat. Turri è candido marmore portentosa

tentosa altitudinis, ædibus Prætoriiis aliisque spectabilis. Vulgò *Antuerpia*, siue *Hantyperpen* dicitur. Galli *Anuers*, Itali *Anuerssa*, Hispani *Enueres*, Germani *Antwerff* appellant. Ante annos M. & C. Andouerpos populos, siue Audouerpam gentem, Francorum chronographis cognitam fuisse *Petrus Dinaus* docet. Nomen sortita apud vulgus creditur à proiecta manu. Inueterata est hæc admodum opinio, nec facile ex vulgi animis eradicari potest. Vero tamen similis videtur nomen inditum ab aggestu terræ ad Scaldim, hoc enim Belgis est *Anvverpen*. Qua de re (quæ ingenij potius exercendi gratia, quàm verè scrutandi) differit doctiss. *Ioannes Goropius Becan-*  
*nus*, olim vicinus meus in Originibus *Antuerp.* Memoriz proditum tantam hominum ad eam confluisse frequentiam, vt vnica die septuagesies mille Afelli minores (piscis id genus, Belgæ *Scheltvisch* vocant) diuenditi fuerint. Naues non semel in flumine bis mille & quingentas spectauimus, nec erat dies qua non quingentæ minimum adnauigarent aut enauigarent, omnium generum mercibus onustæ: ac vno non rarò maris æstu C. D. appulisse accepimus. In ancoris ob frequentiam plures aliquando septimanas stabant, priusquam litora aut tenerent cominus, aut se onere lenarent. Vnius anni vectigalia frequenter duos auri milliones confecerunt. O nulla longi temporis felicitas! Verùm ne cæco patriæ amore in eius laudes videar effusis habenis exspatiari, consulat Lector *Ludouicum Guicciardinum*, *Cornelium Grapheum*, *Petrum Aegidium*, & Patr.

*Carolus Scribanium*, Societatis IESU, alioque.

LOVANIVM (Lupofinam nominatū olim scribit Franciscus Roserius) ad Diliā Fl. vetustatis & Academiæ nomine celeberrimum. Vnde initium cepit, incertum : quidam ad C. Cæsarem referunt, alij ad Pipinos Brabantiz Duces. Inueniō ante ann. circiter DCCXX. *Reginoni* nomen notum. Fuit olim Comitatus Burgrauicus nobilissimus, vnde & huius terræ Principes Comitibus Louanienſis titulo indigitabantur. Amplissima vrbs hortos, vineta, pascua intra mœnia claudit. Fontes vberrimi, vt meritò illic suum Musæ domicilium fixisse videantur. De vrbs huius magnitudine illud tantum dicam, superare Gandavum tribus virgis, Leodicum VII. Lutetiā X. Coloniam XV III. Annales habent, tempore & imperio Ioannis I I I. anno 66 C C C L. tantam textorum multitudinem hic fuisse, vt ad tria, imò I V. millia textrinarum in vrbe essent. Addunt etiam, cuique textrino opus fuisse non minus XXX. aut XL. homines, qui lanam præpararent, qui carminarent, aliasque tales operas exercerent. Oportuit ergo ex solo illo genere ad C L X. millia in hac vrbe deguisse. Tanta hic egestas fuit, vt cum hora vndecima signum campanæ daretur desinendi operis, parentes sollicitè minores liberos in ædes ducerent aut traherent, ne impetu & impulsu venientium obruerentur. Aër ibi saluberrimus, vnde Des. Erasmus sæculi sui Phoenix lib. XV I I. epistol. ad *Guilielmum Taleum* : Est, inquit, *Louanij calum*, quod vel Italico

*italico quondam adamato praeferas; non amicum modo, verum etiam salubre, nec alibi felicius ingeniorum proventus, nusquam Professorum maior aut paratior copia. Plura qui velit, consulat c. l. Iustum Lipsium.*

**BRUXELLA**, Principum sedes, & augustissimo Brabantiae Senatu illustris, fontium perennium scaturigine & Principum ac nobilium palatiis spectabilis, partim in cliuo montium, partim in declivior loco sita est, quam partem Senna Fl. in Hannonia ortus irrigat. Veteribus ferè *Brosella* vel *Brusella* scribitur. *Mayero* in gestis an. D CCCCLXXIV. *Brusola*.

**BVS CVM DV CIS** siue **SILV ADV CIS**, veteribus **BVS CVM**, vulgo *S'bertogenbosch*, Gallis *Bosleduc*, quartum est **BRABANTIAE** membrum, *Dommelio Fl.* impositum. Originem debet *Henrico Bellaci*, anno MCLXXIV. silva eo in limite caesa, ut Geldrorum excursionibus obuiam iretur. Urbs est loci natura ac structura admodum munita. Populus pugnax, & religionis orthodoxae reſinentissimus. Huius descriptionem & res gestas breui dabit frater noster *Robertus Svertius* ibidem Plebanus. Ludo literario excelluit, iamque excellit studio PP. Societ. IESV. Commendatur etiam singularis cultrariorum industria; suntque tela, acus & aecula tanta praestantia & multitudine, ut per uniuersam pene Europam exportentur.

**MACHLINIA**, Gallis *Malines*, Germanis *Machelen*, licet *Brabantia* non sit, sed ab ea insignibus, titulis, privilegiisque distinguatur; moribus

bustamen, naturâ, situ, illius medietullum ac velut  
 vmbilicus dici potest: æquali ab *Antuerpia*, *Bru-*  
*xella*, *Louanio* distans interuallo. *Philippi Boni* æuo  
 ad Dominatum euecta. Est hic Concilium Re-  
 gium, quod Parlamentum vocant, ad quod  
 vltima est in Belgio prouocatio, à *Carolo Burgundo*  
*Belgarum* Principe anno M. CCCC. LXXIII. insti-  
 tutum. Descripsit huius vrbis ac prouinciæ anti-  
 quitates *Ioann. Bapt. Gramaye*.

TRAIECTVM ad Mosam, vulgò *Maestricht*, à  
 traijciendo flumine nomen accepit. Vrbs est an-  
 tiqua & valde munita, ædificiisque ornata: pri-  
 marium templum S. Seruatio est sacrum, in quo  
 plurimæ Sanctorum reliquiæ asseruantur. Huius  
 semissis agnoscit superiorem Episcopum Leodit-  
 censem, altera pars serenissimos nostros Princi-  
 pes ALBERTVM & ISABELLAM: fuit olim sede  
 Episcopali, quæ nunc Leodici est, nobilis.

BREDA ad Marcam Fl. ab amplitudine lati-  
 tudineque aggeris BREEDAM, vel Latine BRE-  
 DANVM dicta. Opidum perpolitum ornatum ædi-  
 ficiis, Baronatu insigne. Est in ea Comitum  
*Nassouiorum* splendidissimum palatium à mul-  
 tis annis inchoatum.

BERGA ad Zomam Fl. ex Dominatu ad Mar-  
 chionatum à *Carolo V. Imp.* euecta anno M. D.  
 XXXIII. Opidum est elegans, munitum, & nun-  
 dinis annuis quondam felix.

LIRA ad Netam Fl. opidum anticum, tam  
 loci naturâ, quam arte & opere munitissimum,  
 vt validissimis *Brabantiz* ciuitatibus annumere-  
 tur. Tribus *Antuerpia*, & totidem fere *Machlinia*  
 miliaribus

miliaribus distans ; Nobilium multorum à curiis & turba recessus. Nundinæ hic sunt celebres boariz. Inter alia monasteria habet celebrem Carthusianorum eremum ; Antuerpiâ , tempore *Martini Rossenij* huc translata.

HERENTALDVM siue HERENDALIVM, quasi Latine *Domini* aut *Heroicam Vallem* dixeris, ad Netam Fl. ab *Henrico Bellace* anno M. CCXII. conditum est. Lanificio vitam parat. Hodie incursionibus ac bello civili ferè depopulatum. In vetustis chronographis modò *Herentansum*, modò *Heretalsum* legitur.

VILVORTVM siue VILEVORVDVM Sennæ Fl. altero à Bruxellis miliari distat. Alij VILFORTIVM, à fortitudine dictum opinantur, quasi dicas, *Villeforte*. Est ibi Principis carcer, in quo læsæ maiestatis rei asseruari solent, à *Venceslao* Duce, qui & opidum muris cinxisse fertur, factus. Est hic quoque monumentorum patriæ tutela.

THIENA siue TILMONTIVM ad Getam Fl. situm, à decem collibus (vt volunt) nomē sortitum est. Fuit olim ex IV. Brabantiae membris, verum Geldrorum & Eburonum incursionibus ac bellis attrita, Siluæducibus eam dignitatem cessit. Casei optimi magnus hic prouentus.

LEEWA siue LEVIA in Eburonum finibus, à leonibus, vt apparet nomen habens ; adiacet Getæ Fl. duobus infra Thienam miliaribus ; Brabantiae olim aduersus Eburones præsidium, nunc optimâ cereuisia nobilis.

DIESTHEMIVM siue DRESTA, patria *Nicolai*

**Clenardi**, ad Demeram Fl. vnico ab Hala milliari, Baronatus dignitate gaudet. Vrbs olim populosa, & lanificio aulæisque maxime dedita, hodie verò crebris militum rebellionibus exhausta, paret Nassouiis.

**SICHEMIVM** opidulum ad Demeram Fl. situm, intet exigua, sed vetera Brabantia habetur, & quinto milliari à Louanio, vno circiter à *Diesthemio* abiunctum. Paret & proprium est cum finitimis Nassouia genti: & in ea tutela ab anno circiter MCCCCL. diu floruit, donec nuper & ciuilibus his bellis, non florem solum, sed vitam pœnè amisit. In huius opiduli finibus, medio illic milliari, **COLLIS** exsurgit leni fastigio, quæ **ACVTVM** vulgò dicunt. Magnus hic piorum hominum concursus, ob mira Dei opera, ad inuocationem & intercessionem gloriosissimæ Virginis **MARIA** cælorum Regina, cuius beneficia & Admiranda doctè descripsit **IUSTVS LIPSIVS**.

**AÆSCORVM** ad Demeram quoque situm, qua parte declinatus est, ab altera enim collibus altissimis assurgit, & III. miliaribus Louanio, IV. *Marchiniæ* distat. Olim Marchionatus titulo, postea à **CAROLO V.** Imp. inuicæsis. Ducatus honore anno M.D.XLIX. insignitum.

**HALA** siue **HALENIVM** ad Getam Fl. in mediis paludibus sita, quarto à Landa lapide, Eburo-nibus ac Geldris contermina, quorum bellis pœnè excisa iacet.

**LANDA** omnium Brabantia opidorum muro cinctorum vetustissima putatur, olim perampla & magnifica; hodie vrbecula tantum.

STEEN-

**STEENBERGA** exiguum opidulum maritimū, secundo ultra *Bergas* ad *Zomam*, lapide. Ex ruinis apparet olim fuisse iustæ magnitudinis opidum.

**EINDTHOVIA** in mediterraneo fere Campaniæ, ad *Dommelam Fl.* sita, quarto à *Silua-Ducis* miliarium.

**HELMONTIUM**, alij **HALEMON** vocant, tertio supra *Eindthouiam* ad orientem miliarium positum, cui castrum adiacet.

**GERTRVDENBERGA**, **HEUSD A**, quas *Hollandia* sui iuris facit, & cuius sint, adhuc sub iudicelise est) **RAVESTEINA**, **GRAVIA**, **WERDA**, quæ III. opida *Geldri* sibi attribuunt.

**NIVELLA** Gallicæ *Brabantia* caput, antiquissima *Ducis Brabantia* sedes. Est hic *Canonicatus* fæminei sexus à *S. Gertrude* *Pipini Brabantia Ducis F.* institutus, ad quem duntaxat nobili sanguine oriundis *Heroinis* aditus patet.

**GEMBLA CVM**, vulgò *Gemblours*, vetustum Gallo-*Brabantia* opidulum, v. à *Niuella* miliaribus distans, *Benedictinorum* insigni abbacia & vetere bibliotheca, ac monacho **SIGEBERTO** chronicorum scriptore inclytum. Abbas in profano æque atque ecclesiastico Iure hoc loco supremus est.

**HANNVTVM** Gallo *Brabantia* opidum, fertilissimo in agro positum, altero à *Geldenaco* miliarium, quondam *Comitatus* titulo, ut putatur insigne.

**GELDENACVM** siue **GELDONIA**, Gallo-*Brabantia* *Iudoigne*, ad *Getam Fl.* secundo supra  
Thie-



*Thienam* lapide, olim ob aëris temperiem Principum huius regionis incunabulum.

Flumina Brabantiae celeberrima SCALDIS, olim obscurior, nunc toto orbe nobilissimo portu celeberrimus. In hunc deuoluitur DILIA Louanium intersecans, qui tenuibus fontibus enatus, multorum riuulorum accessione auctus, iusti fluminis speciem, qua latissimus est, exhibet. Influit enim in hunc GETA, *Thienam* interlabens, vnde per *Diestensem Sichemiensemque* ciuitates delatus, mox DEMERÆ nomen, vbi *Arescotum* reliquit, sortitur. *Bruxella* autem & *Viluortum* SENAM in hunc eundem DILIAM transmittunt: & NETAM Lira, Breda MARCAM habet: Buscumducis DIESAM & ADA & DOMMELA enatum. Sunt in Brabantia quoque nemora & saltus, quæ multis ferarum generibus abundant, quorum maximè insignia sunt *Grooten-boudt*, *Grooten-heyst*, *Meerdael*, *Zauenterloo*, & omnium maximum SOENIEN, VII. miliarium ambitu pagos & monasteria in se comprehendens. Vtitur tota regio lingua partim corrupta Germanica, qua Germaniam spectat, partim qua Galliam, Francica corruptâ, vnde & ea pars vulgo Gallo-Brabantia est dicta. Reliqui omnes Brabanti, inferiori Germanica vtuntur lingua, inter quos *Antuerpienses* omnium purissime ac suauissime loquuntur: credo, quod ex omnibus Germanicè loquentibus Belgis ad urbem mercatus causâ confluentibus, sermonem confient. Viros habuit virtute artibusque bellicis claros, sed & mulieres aliquot principes, in quibus nequo

neque ciuiliū neque bellicarum rerum cognitiō summa est desiderata. Habuit item habetque hodie multos in omni scientia excultos, quorum syllabum in exterorum gratiam hic dabimus. Descripsere multi breuiter, ast inter postremos satis copiose **LYDOVICVS GVICCIARDINVS** Florentinus, Francisci Nep. in descriptione Belgii, sed lingua Italica (quam Latinè vertit Ioannes Brantius S. P. Q. Antuerp. ab Actis) quod opus vtinam accuratius & maiori cum iudicio tractasset: hinc tamen summā laude extollendus, quod ipsos praeuerterit Belgas, & fundamenta maioris ædificij iecerit.

## DVCATVS BRABANTIAE EPISCOPATVS.

**A**NNO ab incarnato Deo **CLV. ICLIX.** Machliniæ Ecclesia Collegialis *S. Rumoldo* sacr. erigitur in Metropolitanam. Huic sub sunt Episcopi, Antuerpiensis, Gandensis, Bruggensis, Iprensis, Syluæducentis, & Ruremundensis.

Primus Archiepiscopus **ANTONIVS PERENOTVS** Granuellanus, Nicolai F. antea Episcopus *Atrebatensis*; postea S. R. E. Cardinalis & Vicerex Neapolitanus anno **CLV. ICLXXV.** Demum Archiepiscopus Vesuntionensium creatus, moritur Mantuæ Carpetanorū (Madritium hodie vocant) anno ætatis suæ **LXX.** ipso S. Matthæi feste (quo die & magnus ille Imp. **CAROLVS V.** olim vitæ laboribus est perfunctus) anno redem-

redemptionis humane cLo. Io. LXXXVI. Formâ  
fuit heroica; summa etiam morum facilitate, &  
in eruditos singulari, dum vixit, liberalitate.  
Septem linguas ita calluit, vt singulas natiuas  
diceret; memoriâ tantâ, vt alter quasi Iulius Cæ-  
sar I V. sæpe aut quinque scribas, de arduis Rei-  
pub. negotiis variis linguis dictando, fatigaret.  
Huic symbolum DVDATE.

PERENOTO successit IOANNES HAVCH-  
NVS, antea S. *Gudula* Bruxellis Decanus vir pius  
& modestus, viuere desit cLo. Io. LXXXIX.  
Machliniæ sepultus; post quem designatus GVI-  
LIELMVS ALANVS, Anglus, S. R. E. Card.  
Doctor Theologiæ. Moritur Romæ anno  
cLo. Io. XC. cui successus LAVINVS TOR-  
RENTIVS, ex Episcopo Antuerpiensi, qui morte  
præuentus, possessionem non suscepit.

MATHIAS HOVIVS, primùm in D. Petri  
Pastor, postea Canonicus & Archidiaconus Ma-  
chliniensis ALANO in Archiepiscopatu succes-  
sor fuit. Anno cLo. Io. CXIII. adhuc inter mor-  
tales, Sereniss. nostris Principibus Alberto & Isabel-  
la gratissimus: feliciter præest, & viuat æternùm.

SVPERAT PATIENTIA FORTEM.

## EPISCOPI ANTVERPIENSES.

PHILIPPVS NIGER, cognomento De Cam-  
pe, Bononiensis, I. V. D. velleris aurei Cancellar-  
ius, in D. *Gudulæ* Bruxellis Decanus, primus  
Antuerpiensium Episcopus designatus ac confir-  
matus

inatus anno à Christo nato CIO. IO. LXII. quo etiam defunctus est, antequam Episcopatu ei esset inauguratus. Huic symbolum.

## CANDIDA DE NIGRIS.

FRANCISCUS SONNIVS, primùm Syluzducentium Episcopus, an. CIO. IO. LXX. Antuerpiensium designatur. Ingeniū doctrinæque, cū in Wormatiensi colloquio, tum in Tridentina synodo probarz, specimen exhibent aurei Demonstrationum religionis Christianæ ex verbo Dei libri. Actionibus sic excelluit, ut qui Romæ apud PAVLLVM IV. res gereret de Episcopis per Belgium creandis, idoneus magis repertus sit nemo. Præfuit ann. VI. Vir certè Episcopatu insignis. Celebris enim nominis orator fuit, quique suavi quadam & ornata, eademque graui orationis copia, non modò vulgus teneret, atque ad officium compelleret, sed doctissimorum quoque aures mirificè impleret. Naturæ senex concessit, A. CIO. IO. LXXVI. Sepultus Antuerpiæ in D. MARIAE, absque vlllo epitaphio aut memoria tanto viro digna. Eo mortuo sedes multos annos vacavit, ob ciuiles & plusquam tragicos in Belgio nostro tumultus.

## SINE ONERE NIHIL.

LÆVINVS TORRENTIVS, Gandensis, Archidiaconus Leodicensis, Vir doctissimus, ut eius opera testantur, *Francisco Sonnio* humanis rebus exempto, Antuerpiensibus Præsul datur. Antiquitatis erat in primis studiosus, & in paucis peritus.

peritus. Nummos veteres, signa, tabulas, libros-  
que calamo exaratos, Romæ magnâ industriâ  
collegit. Tertius Machliniensium Archiepisco-  
pus designatus. Collegii Societatis IESV, apud  
Louanienses fundator. Ad rerum status Belgii  
Concilium adscitus Bruxellæ discessit VI. Kal.  
Maias, anno cIo. Io. xcv. Ætatis LXX. M. I. D.  
xviii. Marmoreus eius tumulus in Cathedrali  
B. Virginis ad Antuerpiam visitur.

### DEVM SEQVERE.

GVILIELMVS DE BERGIS, ex nobilissima fa-  
milia Grimbergorum III. Antuerpiensibus Epi-  
scopus datur. Romæ assumptus in familiâ GRE-  
GORII XIII. Pont. Max. & laudatissimi, qui  
idoneum iudicavit, per quem Reueren. Episcopo  
Leodicensi Gerardo à Groesbeeck galorum trans-  
mitteret Cardinalitium. Multis legationibus ho-  
nорificè perfunctus, magnoque insuper honore  
ab eodem Episcopo iam Cardinali, cumulatus,  
Menses XI. cōsumpsit in legatione ad inuictum  
illum Heroem Alexandrum Farnesium, occupa-  
tum in obsidione Antuerpiensi. Regresso, nouus  
honor delatus est, Decanatus Cathedralis Eccle-  
siæ S. Lamberti. Hic cum aliquot annos summa  
cū laude præfuisset Antuerpiensibus, in Archie-  
piscopatu Cameracensi successit IOANNI SAR-  
RAZENO. Anno Christianæ Salutis cIo. Io. ci.

### EX MOMENTO ÆTERNITAS.

IOANNES MIRÆVS Bruxellensis, S.  
Theologiæ Licentiatus, ex pastore S. Iacobi ac  
S. Gu-

ET MONUMENT. PRÆSANT. 317

S. Gualdus Canonico, IV. Antuerpiensium  
Præful. Verum Episcopi vigilantissimi  
exemplar, magnum sui omnibus reliquit  
desiderium, Bruxellis moritur subitanea  
morte anno c15. 100 cxi. 20 Januarij.  
Antuerpiæ in D. Mariæ tumulatus.

FUTURA PROSPICE.

IOANNES MALDERVS, Læwis S. Pe-  
tri, altero à Bruxellis lapide natus, ex pri-  
mario Doctore Theologo Louaniensi, ac  
Seminarij Belgj Præsede, Episcopus An-  
tuerpiensis à serenissimo Principe nostro  
ALBERTO. Austria designatur; huius ut  
diu præsentia præsidioque frui liceat An-  
tuerpia nostra vouet obtestaturque. In-  
auguratus anno c15. 100 cxi. vii. 1d. Aug.  
præsentibus Reuerendissimis Archiepis-  
cupo Machliniensi MATHIA HOVIO,  
CAROLO MASIO Gandensi Episcopo, &  
IONANEA CASTRO Episcopo Ru-  
remundensi.

MALO DE RE.

In IV. primos Antwerp. Præfules.

SOL tenebris, TORRENS fœcanti prato atque  
humili MONS.

Sed TORRENS, SOL, MONS, hinc abierte diu  
Quid facies? quid habebis egens Antuerpia? mira.  
Plurimum promittis mira MIRAEVS enim:

B

Et

Et quod SOL fuerat, quod MONS, quod denique TORRENS,

Vnicuique, nec resmere, MIRAEVS eris.

## Episcopatus Syluæducensium.

Ecclesia Collegialis S. Ioannis Euangelistæ fit Cathedralis anno c10. 10. l. Primus Episcopus FRANCISCVS SONNIUS, Louanij primùm Theologiæ Doctor, & ex Syluæducensi Antuerpiensium primus, ibidem & mortuus, vt dictum est. Apud Syluæducenses IIII. annos tantùm Præsulem egit, Antuerpiæ verò VI.

SINE ONERE NIHIL.

Huic successit LAVRENTIUS METSIUS, S. Theol. Licentiatus, & Bruxellis S. Gulæ Decanus, qui post Legatum ex parte Ordinum ad sponsam Regis Catholici Imp. F. magnificè susceptam, celebratam Synodum Diocesanam, erectum Episcopale Seminarium, ob turbas anno c10. 10. lxxvii. oborientes, Namurcum profugus, partim morbo, partim mandato Pontificio ibi retentus, anno M. D. lxxx. xviii. Septemb. vitam exuit, & in D. Albano sepultus.

TEMPORA NATIONVM IMPLENTVR.

CLEMENS CRABEELS Louaniensis, antea Vicarius & Officialis Gandensis, mortuo

ET MONUMENT. BRABANT. 19  
mortuo METSIO Sylwardensium Præful  
designatur & inauguratur anno 1585. ab-  
iitque ad meliorem vitam à Christo nato  
c10. 1585. xxii. Octob. apoplexia  
tactus.

TEMPVS FACIENDI DOMINO.

GISEBERTVS MASIVS Bommelenſis,  
S. Theol. Licentiatus, Pastor & Plebanus in  
S. Ioannis Euangelistæ, anno c10. 15.  
xc. iv. CLEMENTI succedit. Bruxellis in  
facello Palatino, præſente Archiduce EA-  
NGSTO, Belgæ Gubernatore, inauguratur.  
Vir dicendi maiestate, & orandi præſtan-  
tia clarissimus. Anno c10. 15 xlii. dum  
hæc scribimus, adhuc inter viuos. Vt diu  
sanctæque imperet, orant mecum omnes  
boni. Huius symbolum.

OMNIA MORIS AËQVAT.

Illuſtrium & Doctorem Duc.  
BRABANTIÆ ſcriptorum  
elenchus.

ANTVERPIENSIVM.

Abrahamus Ortelius, PHILIPPI II. Hiſp.  
*Regis Geographus.*

Abrahamus Gorlaeus, *Antiquarius.*

Adrianus Adriani, *Sec. IESV Theol.*

Adrianus Scolasticus, *Pœta.*



- Adrianus de V. Virte, *diar. Gaudidus, Soc.*  
 I. B. V. Th. de.  
 Egidius Boerardus, *Medicinis*  
 Alexander Grapheus, *Philologus & Poëta.*  
 Andreas Schottus, *Soc. I. E. S. V., lin. Græcæ doctiss.*  
 Anna Byss, *Virgo Poëtria.*  
 Anthonius del Rio, *Soc. I. E. S. V., Theol. IC. Hi-*  
*stor. Criticus.*  
 Balthasar Ayala, *I. C.*  
 Balthasar Moretus Ioan. F. *Philologus.*  
 Bernardus Bouhufius *Soc. I. E. S. V., Poëta.*  
 Cornelius de Iode, *Cosmographus.*  
 Cornelius Ghistelius, *Poëta.*  
 Daniel Eremita, *Philologus.*  
 Dauid van Mauden, *Med. & Chirur. Præf.*  
 Daniel Bomberghe, *Lingua Hebraica doctiss.*  
 Elias Putschius, *Philologus.*  
 Emanuel Demetrius, *Historiographus.*  
 Eutychijs de Cordes, *Theologus.*  
 Franciscus Schottus *IC. & Philologus, An-*  
*dictæ frater.*  
 Gabriel Roelants, *Iacobi F. Poëta.*  
 Gaspar Schætus Corvinus, *V. N. & Poëta.*  
 Gaspar Chaerles Petit, *Philologus.*  
 Georgius Hoefnager, *Poëta & pictor famosiss.*  
 Georgius Viurinus, *IC. & Philosophus.*  
 Guilielmus Mennens, *IC. & Philologus.*  
 Henricus Kiefuelt, *I. V. D. & Poëta.*  
 Iacobus a Logenhagio, *Theologus.*  
 Iacobus Colius Ortelianus, *Philologus.*  
 Iacobus de Bie, *Antiquarius.*  
 Iacobus Roelants, *IC. & Philologus.*

- Ianus Gruterus, Criticus & Poëta.  
 Ioannes Bapt. Gramme, Historicus.  
 Ioannes Brantius, Reip. Antuerp. ass. Philol.  
 Ioannes Carolus, Historiographus.  
 Ioannes de Laet, Poëta & Philologus.  
 Ioachimus Fortius, Medicus & Mathematicus.  
 Ioannes Fienus, Medicus, Thomæ parens.  
 Ioannes Flemmingus, V. N. & Poëta.  
 Ioannes Iunius, V. N. & I. V. P.  
 Ioannes de Raymacker, Arithmeticus excellens.  
 Ioannes Scalçus, Ord. Bogardorum, Theologus.  
 Ioannes Vffelius, I. C.  
 Ioannes Wouwerius, Philologus.  
 Iudocus de Weert, Syndicus Antuer. & Poëta.  
 Laurentius Beyerlinck, Theolog. & Histor.  
 Leuinus Brechtus, Ord. Minor. Poëta.  
 Ludouicus Nonius, Medicus & Historiogr.  
 Marcus Cornelius Martinus, Philologus.  
 Melchior Barlaeus, Poëta.  
 Matthæus Wescenbechius, I. C.  
 Michael Coignetus, Mathematicus.  
 Nicasius Baxius Augustianus, Poëta.  
 Petrus Aegidius, S. P. Q. Antwerp. à secretis, Philologus & Poëta. Erasmo familiaris.  
 Petrus Frarinus, I. C.  
 Philippus Rubenius, S. P. Q. Antwerp. à secretis, Criticus & Poëta.  
 Philippus Zuerius I. C. Loan. Profess. celeberr.  
 Robertus Sweertius Francisci F. Theologus.  
 Thomas Fienus, Medicus & Professor Louanien-  
 sis eximius.  
 Zacharias Lippeloo, Carthusianus Col. Theol.

## LOVANIENSIVM.

**A**drianus Romanus, *Mathematicus.*  
 Bartholomæus Mercator, *Mathematicus.*  
 Cornelius Gemma, *Gemma F. Medicus.*  
 Guilielmus Bont, *Canonicus & IC.*  
 Henricus Grauius, *Theologus.*  
 Henricus Loen, *Theologus.*  
 Hubertus Scuteputæus, *Can. Reg. Theol.*  
 Ioannes Bertelius Abbas Epternac. *Histor.*  
 Ioannes Costerius } *Canonici Reg. Theol.*  
 Ioannes Garetijs }  
 Ioannes Hesselius } *Theologi.*  
 Ioannes Molanus }  
 Ioannes de Myrica, *Carthusianus & Theol.*  
 Ioannes Vlimmerius, *Can. Regul.*  
 Ludoicus Medardus, *Theol. & Poëta.*  
 Nicolaus Nicolai, *IC. & Poëta.*  
 Petrus Beaufardus, *Medicus & Mathematicus.*  
 Petrus Diuzus, *V. N. & Historiographus.*  
 Petrus Rinius, *Theologus.*

## BRUXELLENSIVM.

**Æ**gidius Faber, *Carmelita Theologus.*  
 Ægidius Periander, *Poëta.*  
 Adrianus Spigelius, *Med. & Philosophus.*  
 Andreas Mafius, *Linguarum peritissimus.*  
 Andreas Vesalius, *Anatomicorum princeps.*  
 Arnoldus Baert, *IC.*  
 Aubertus Miræus, *Canon. Antwerp. & Historiog.*  
 Carolus Scribanius, *Soc. I. & V Theol.*

Daniel

Daniel Vlierderius *Medicus.*

Franciscus Daguillonius, *Soc. IESV Theol. & Mathematicus.*

Guilielmus Affonleuillius cæcus, *Christophori F. Philologus.*

Ioannes Bochijs, *S. P. Q. Ant. à secretis, Poëta.*

Ioannes Bap. Houwaert, *Poëta Belgicus.*

Ioannes Manburnius, *Philologus.*

Ioannes Miræus, *Episcopus Antuerpiensis IV.*

Martinus Lipsius, *Can. Reg. Theol.*

Nicolaus Oudaertus *IC. & Poëta.*

Petrus Lucius, *Carmelita Theol.*

Philippus Numannus, *S. P. Q. Brux. à secretis, Poëta.*

Philippus Veufelius, *IC. & Philologus.*

Tacitus Nicolaus Zegerus, *Ord. Minor. Theol.*

Thomas Saillius, *Soc. IESV Theol.*

Iudocus Badius *habet Afcam natale solum, municipium agri Bruxel.*

Rustus Lipsius, *Belgi ocellus, Iscanus, iuxta Bruxellas.*

Ioannes Malderus, *Episcopus Antuerpien. Lævius S. Petri, altero à Bruxell. lapide, Theol.*

Sigebertus Gemblacensis } *Historici.*  
Anselmus Gemblacensis }

## SYLVÆDVCEſIVM.

**A**rnoldus Hauensius, *Carthusianus, Theol.*  
Balduinus Berlicomius, *Poëta.*

Christophorus Vladeraccus, *Orator, & III. ling. peritissimus.*

Georgius Macropedius, *Ord. S. Hieronymi*.  
 Guiljelmus Encheuairius, *S. R. E. Card.*  
 Henricus Agylæus, *IC.*  
 Henricus Hornkens, *Philolog.*  
 Henricus Primæus, *Grammatic.*  
 Hieronymus Varlenius, *Theol.*  
 Ioannes Nemius, *Philolog.*  
 Michael Ophouius *Dominicanus, Theolog.*  
 Petrus Louwius, *Medic.*  
 Simon Pelegromius, *Philolog.*  
 Theodoricus Noppenus, *IC.*  
 Thomas Lindus, *Orator.*

Ioachimus Axonius	} <i>Graviani.</i>
Guilielmus Verheyden	
Adamus Kezelius <i>Poëta</i>	} <i>Buchani.</i>
Anthonijs Bussenius <i>Med.</i>	
Fredericus Lumnus <i>Theol.</i>	

## HIS FINITIMI.

**A**ndreas Helmontanus, *Philologus*  
 Anthonius Schorus, *Hoochstratus,*  
*Orator.*

Arnoldus Vander Meer, *Naldunus, IC.*  
 Augustinus Wilsius, *Balenfis, Grammatic.*  
 Franciscus Sonnius, *Theol. & Episcop. Antwerp.*  
 Gaspar Hertveldius, *Canon. Gragienfis, Hist.*  
 Gabriel Mudæus, *Brechtianus, IC.*  
 Godscalcus Rosemundus, *Endonius, Theol.*  
 Hieronymus Elenus *Balenfis IC.*  
 Iacobus Hoochstratus, *Dominicanus, The.*  
 Iacobus Viuaris, *Lommelanus, Poëta.*

Ioannes

Ioannes Custos, Brechtanius, Grammaticus.  
 Ioannes Friedo, Tarnoutanius, Theologus.  
 Ioannes Geropius Becanus, Med. & Philolog.  
 Ioannes Knapius vel Sêthilius, VVertensis, Hist.  
 Ioannes Stadius, Loenhoutanius, Mathemat. &  
 Histor.

Iudocus Velareus, Verbrokanius φιλέλληνα.  
 Leonardus Lessius Brechtanius, Soc. Iesu Theol.  
 eximius.

Martinus Becanus, Soc. Iesu Theol. Hæreticorum  
 mastyx.

Martinus Dorpius, Naeld VVycanius, Theolog.  
 Simon Verrepæus Dommelanus Philologus &  
 Grammaticus.

Theodorus Peltanus, Soc. Iesu Theologus.  
 Valerius Andreas Desselius, Professor ling. S. in  
 colleg. trilingui.

## DIESTENSIVM.

**G**uardus Stryroij, S. Theol. Doct. Dominici  
 Ioannes Sweertius Carthusianus Cilonia,  
 Theol.

Laurentius Campester, Philologus.

Nicolaus Clepardus, φιλέλληνα.

Petrus Dorlandus, Carthusianus, Theol.

Georgius Coluenerius, Doctor Theologus  
 Duacensis, natus V Vingbÿ prope Diesthamium,  
 sed Alofti educatus.

Thomas Cantipratanus, Leovvensis, Histor.

Dionysius Rikel Carthuf. Leovvensis, Theol.

Ioannes Latomus Bergizenius, Poëta.

## MACHLINIENSIVM.

**A**drianus Marius, *Poëta.*  
 Augustinus Hunnæus, *Theol. & Philos.*  
 Christophorus Longolius, *Orator.*  
 Franciscus Costerius, *Soc. IESV Theol. heretico-  
 rum flagellum.*

Henricus Lancelotz, *August. & S. Theol. Doct.*

Henricus Luytenius *Canonicus & Theol.*

Henricus Vande Zype, *Theol.*

Ioannes Bernartius *I.C. & Philog.*

Ioannes Faber, *I.C.*

Ioannes Sturmius *Medicina Doct. & Profess.*

Ioannes Varennius, *φιλελλην.*

Iudocus Rycke Marselarius *Franciscanus,*  
*qui sui ordinis primus in amplissimo regno Per-*  
*uano, in ciuitate Regia QUITO Monasterium*  
*extruxit, quod in Peru omnium est primum, co-*  
*tiq̃ue provincia nomen dare promeruit S.*  
**FRANCISCI DE QUITO.**

Nicasius Vordanus, *I.C. lumine captus.*

Petrus Crabbius, *Ord. Minor. Theol.*

Rembertus Dodonæus, *Medicus.*

Cornelius Kilianus *Dusslæm, Phil. & Poeta.*

**Viri dignitate cùm Ecclesiastica,**  
**tum seculari illustres, qui aliquan-**  
**do Antuerpiæ sedes fixas ha-**  
**buêre, & ad maiora peruenêre.**

**A**drianus Florentius, *Vltraiectinus, Ec-*  
*clesiæ Mariæ Antu. Decanus, CAROLI V.*  
*Imp.*

*Imp. morum formator, Episcopus Dertusensis, postea  
Pav. Max. renunciatus, anno M.D.XXII.V. Id. Ian.*

**Alexander Iunius V.N. & IC. Auditor Rota  
in Vrbe vrbium.**

**Balthasar Robiani, ex Senatore & Cas. An-  
tuerp. Archiducum ALBERTI & ISABELLÆ  
Thesaurarius supremus.**

**Carolus Malineus, ex Senatore & Cas. An-  
tuerp. rerum maritimarum Consiliarius, & Pres-  
ens arario Princip. in Brabantia.**

**Carolus Mafius, Decanus Ecclesia Mariana,  
Archiducibus ALBERTO & ISABELLÆ ab elec-  
tominis, deinde Episcopus Iprensis, postea Ganden-  
sis. Moritur anno CIO. IOXII. XXI. Maij.**

**Conradus Goclenius, ex Canonico Antuerp.  
primus Professor eloquentia in collegio trilingui Bus-  
lidiana.**

**CONSTANTINVS DE BERCHEM V. N.,  
& miles egregius, in summa dignitate & fauore apud  
Imp. MAXEMILIANVM.**

**Engelbertus Mafius, Antuerp. Syndicus, In-  
de Auditor generalis exercitus Regis Catholici sub  
Duce Parmensi in Gallijs, postea Consiliarius Masbli-  
nensis, tandem Sanctioris Concilij Senator.**

**Euty chius de Cordes Antuerpia natus, Ab-  
bas S. Iustina de Padua, obrarum ingenium, multa-  
rumque rerum experientiam, interfuit Concil. Trid.**

**Franciscus Buslidius, B. Maria Antuerp.  
Decanus, & Vespontionum Archiepiscopus, Guberna-  
torque PHILIPPI BONI, cuius frater Hierony-  
mus Collegium trilingue Lonanij suo ac fratri Fran-  
cisci aere excitauit.**

**Fran-**



Franciscus Delphius, Eduardi Cos. Patris,  
ex Senatore Legatus in Anglia apud Regem Eduar-  
dum.

Godefridus Veuſelius, Canonicus & Scho-  
larum Antwerp. Præpositus S. Sernatii Tractati ad  
Mosan, & Consiliarius Parlamenti quod est Ma-  
chlinia.

Gregorius Ayala, ex Senatore Antuerpiensi,  
Consiliarius Brabantia.

Guilielmus Enckefortius, ex Canonico  
B. Mariae Antwerp. Episcopus Dertāſensis, tandem  
Purpuratorum Batum collegio adſcribitur ab A-  
DRIANO VI. Pont. Max.

Guilielmus à Grimbergen, ex Episcopo  
Antuerpiensi, Archiepiſcopus Cameracensis.

Guilielmus Heda, Canonicus Antuerpiensis,  
& postea Præpositus S. Valburgis Arnhemij in Gela-  
dria.

Hendricus Schotti, Syndicus Antwerp. nunc  
Consiliarius Machlinia.

Henricus Somerenus, Decanus Ecclesie  
B. Mariae Antwerp. SIXTO IV. Pont. Max. gratissi-  
mus, dedūque epitomen dialogorum Guilielmi  
Occani.

Henricus Vwenus, IC. Antwerp. nunc Conſi-  
liarius Machlinia, & libellorum supplicum magister.

Iacobus Mafius, Engelberti & Caroli pater,  
ex Syndico Antwerp. Brabantia Consiliarius.

Ioannes de Lira v. n. & strenuus miles, Imp.  
CAROLO V. familiarissimus.

Ioannes Vorstius Petri pater, ex Senatore  
Antuerpiensi, Brabantia Cancellarius.

Leuinus

ET MONUMENTA BRABANT.

Levinus, Torrentius ex Episcopo Antwerp.  
designatur Archiepiscopus Mechliniensis.

Martinus de la Facillie, ex mercatore, re-  
rum maximarum Consiliarius.

Melchior Vande Cruyce mercator, & pa-  
tre Franciscus Mercatore, Ordinum Ducatus Bra-  
bantia Thesaurarius.

Petrus Damantius, Canonicus Antwerpensis,  
post Gandensium Episcopus.

Petrus Van Dale, Canonicus item Antwerp.  
in quem corpora bona natura ampliter concessit.  
Fundavit Collegium DALENSIS. Louanij, vulgo  
ANTWERPIENSE.

Petrus Vorstius, Canonicus Antwerp. Auditor  
Romæ, inde Nuntius Apostolicus in Germania, po-  
stremo Episcopus Aquensis.

Philippus Ayala, Syndicus Antwerp. inde Le-  
gatus Archiducum in Gallia apud HENRICVM  
IV. Nunc Financiarum Commissarius.

Philippus Veuselius, ex Senatore Antwerp.  
Brabantia Consiliarius.

Thomas Balbani, Thomas mercatoris F. na-  
tus Antwerpia, Episcopus Atrienfis & Pennensis in  
regno Neapolitano.

## In Antuerpiam.

IVL. CÆSAR SCALIGER.

**O**ppida quæ spectant oculis me tota sinistra,  
Tædæ nunciatæ pallida tela petunt.  
Ergo ditiùs amigens est, sperosa Lutetia, Roma  
regna, res Mancum vides, Tolosa potens;  
Omnimoda

*Omnimoda merces, artes priscaeque, nonaque,  
Quorum insunt aliis singula, cuncta mihi.*

**In candem & inibi amicos,**

**IUSTVS LIPSIVS.**

**A**NTVERPIA, Urbium oculo, amata LIPSIO  
Et aestimata Vrbes supra omnes LIPSIO,  
Quam volupe mi te luminibus istis fuit  
Vidisse nuper, atque amena mania  
Lento perambulasse identidem pede?  
Quam volupe pariter illum amicorum gregem  
(Ita dico: plures namque sunt) illum gregem  
Sermonibus frastum esse, vel conuiuijs?  
O nect̃ar, o ambrosia, & o meis malis  
Leuamen vnum! tibi, quod animam ducimus,  
Adscribo: tibi, quod tangimus chartam & stilam.  
Tu sola morbi Phœbum audies mei,  
Tu sola sospitator Aesculapinus.  
Quid me futurum porro, nouit hoc Deus,  
Vita arbiter necisque: sed ero, non ero,  
Tum ego viuus, mortuusque. quod hac manu,  
Hac mente testor: MAGNVS AUDIAT DEVS.

**Eiusdem epistola ad S. P. Q. An-  
tuerp. ex Cent. III. ad Belgas.**

**S**I qua urbium in orbe terrarum (auda-  
cter sic loquar) affectus meos possidet,  
eam ANTVERPIAM esse amplissimi SE-  
NATORES, ex animi mei sententia possum  
profiteri.

profiteri. Multa me in ea capiunt: Homines, Locus, Genius ipse loci. Homines quidem, quos quis non honesti bonique appetens, tales amet? Sunt Mercuriales apud vos, fateor: sed iidem virtutis, prudentiæ, quidam & sapientiæ candidati aut mystæ. Et vniuersè si inspicimus, grauitas vbique & modestia, sed & comitas quædam adiuncta & decens alacritas animorum. Parcimonia est, sed cum elegantia; pecuniæ studium, sed sine detrimento melioris studij, id est, artium & virtutis. Non blandiendo hoc dicam: multi apud vos magni Bonique, non ob opes, sed merita appellandi. Iam ipse locus quis? ad Flumiè pulcherrimum, pulcherrima planicies: & in hac iuxta illud pulcherrima Urbium, quas Europa, Africa, Asia videt. Iactemus nos Belgæ. structurâ, ordine, symmetriâ, mænibus, ædificijs, vijs, vniuersa elegantia, non est quæ nostram istam superet, imò æquet. Scio singula si spectentur, quædam excedere: sed omnia corporis, vt sic dicam, membra iunctim qui exploret, suffragium iudicio meo dabit. At ipse genius loci, quàm potens, felix, & altioris quidam classis ordinisque est? Consideremus, ab annis circiter C. è quali quanta vrbs vèstra facta fuerit: mirabile erit, incredibile erit, nisi ijs qui oculis sensibusque sunt arbitrati. Deus bone, surgere in hanc frequentiam, splendorem, opes, commercia,

vnum

unum aliquem locum, & subito verticem  
 pene calo inferre? Factum est: & hoc quo-  
 que laudi vestre accesserit, in eam magni-  
 tudinem venisse, quæ etsi vera, Fidem ve-  
 ritatis vix mereatur. Sed hic mihi suspi-  
 rium. heu, hæc tanta & talia quo malo fa-  
 to collapsa sunt? decor ille & Flos omnis  
 quomodo exaruit? Agnoscite, ut in mari,  
 fluxum hunc Fortunæ & refluxum: &  
 quam vere poëta:

Lu-  
cret.

*Angescunt allegentes, alia minuuntur.*

Providentiæ occulta ista lex est: attollit,  
 deiecit, iterumque attollit: & vobis (vera  
 ominor) fiet. Interea animos erigite vos  
 inclytæ urbis SENATORES, præite exem-  
 plo ad robur & CONSTANTIAM civibus;  
 illam, quam ante annos XVII. velut præsa-  
 gus, vates ad vos misi. Eguistis & egetis:  
 omnia etiam nunc pressa, mare & portus  
 clausi, ædicia dominos, homines atque ip-  
 sa, iumenta opus suspirant. Et tamen ut  
 formosa corpora etiam in morbo vestigia  
 decoris sui retinent: sic vos, pristini spen-  
 doris. Cōfidite autem, deliquium aliquod  
 velut Solis est, non interitus. exsurgetis.  
 Itame credere, firma vestra in Deum pie-  
 tas, in Principes obsequium cogit: ille &  
 isti aderunt, & Genius imprimis vester,  
 potens & perpetua TYTELLA. Habetis  
 causas mei in vos affectus. &c. Louanij,  
 7. Kal. Mart. clō. 13. cal.

ANTVER-

Antuerpiæ encomium  
per CORNELIVM GRAPHEVM,  
S. P. Q. A. à secretis.

**P**aradisum hoc in orbe vis? ANTVERPIA est.  
 Quæris voluptates? adito ANTVERPIAM.  
 Opes petis? confert opes ANTVERPIA.  
 Rerum omnium vici copiam? est ANTVERPIÆ.  
 Suavisimam cupis vitam? ito ANTVERPIAM.  
 Frequentiam optas? plurima est ANTVERPIÆ.  
 Aedificia oblectant? } videto ANTVERPIAM.  
 Videre vis doctos? }  
 Vis strenuos viros? dat hos ANTVERPIA.  
 Ter splendoras matres? } dat has ANTVERPIA.  
 Ter candidas nymphas? }  
 Artes colis? dat his honorem ANTVERPIA.  
 Fortunam amas? Dea illa habitat ANTVERPIÆ.  
 Virtutem amas? abundat hac ANTVERPIA.  
 Humanitatem quæris? } est ANTVERPIÆ.  
 Amicitiam quæris? }  
 Vrbs celeberrima, vrbs insignis est  
 Munifica, liberalis est  
 Augusta, splendida, inclita est  
 Bonos alit, fouet bonos  
 Miseros beat persape sola  
 Orbem trahit spectaculo ameno  
 Totum allicit mundum beata  
 Quidquid habet orbis, sola id habet  
 Est patria decusque honorque  
 Sola vna totus mundus est

ANTVERPIA.

**P. CAROLVS SCRIBANIVS**  
in Antuerpia sua.

**BELGIUM orbis ANNVLVS,**  
**ANNVLIQUE huius GEMMA**  
**ANTVERPIA.**

**BELGIUM orbis OCVLVS**  
**OCVLQUE huius PVPULA**  
**ANTVERPIA.**

**BELGIUM orbis NEMVS,**  
**NEMORISQUE huius LAVRVS**  
**ANTVERPIA.**

**BELGIUM orbis PARADISVS,**  
**PARADISIQUE huius DELICIA**  
**ANTVERPIA.**

**BELGIUM orbis CALVM,**  
**CALIQUE huius SOL**  
**ANTVERPIA.**

In eandem

**MAXÆMYLIANVS VRIENTINVS,**  
s. p. q. Gand. à secretis.

**R**egia Mercurij, sortis domus, area Martis.  
Merce vicens, opibus turgida, ciue potens.  
Legibus æqua, superba fora, admiranda penate.  
Turris stupenda sacræ, mole tamenda sua.

\* 1595. Meta hosti, vindex \* LIB. A. \* caso inclita Gallo,  
\* 1683.

Apta salo, portu commoda, Scaldæ hera,  
Orbis miraculum, rerum decus, aurea Phoenix,  
Vix præsentis oculo, vix capienda fide.

Nescio

Nescio quam dicam, minor est vox omnis; at illam  
ANTVERPAM ingeni fama stupore sonat.

## IN EANDEM. F. S. F.

**S**alue digna polo, multas regnata per annos  
Urbs, inter magnas praestantior omnibus urbem.  
O rerum populiq; potens, pulcherrima cultu.  
Salve digna polo, superas qui temperat auras  
Premior ipse tuis est rerum Iupiter, & te  
Imperijs fulcire perat; te numinosa aura  
Affluit, quo non unquam sensura senectam  
Fortuna aut fragilis facilem visura recessum.  
Salve digna polo, salve urbs animosa potens  
Sedes Iustitia, qua non feralibus unquam  
Luctibus et tardata diuinatione gubernas,  
Pura fides stabilis. Vires auguste Senatus.  
I da iura viris. celebrem te finibus orbis  
Reddidit, atque tui fauit non inuida capiti  
Fortuna, atque sui iactat Germania partem  
Imperijs, stupet & Gallus, mirantur & ora  
Ausonia, rerumq; inter miracula ponunt,  
Cumq; Caledonia stupet aduena classe Britannus.  
Salve digna polo, Garamas tibi notum & Indus,  
Et tibi Cecropij mirtunt sua munera ciues,  
Hesperiq; tuum populi, & quacalifer Attas  
Respicit Herculeam connixum vertice Calpen  
Nomen amant, te Marmarisi Libyaeque coloni  
Mutatisq; non venerantur mercibus orbis.  
Salve digna polo, TY EUROPA GLORIA,  
OCCELLUS.



**De eiusdem magnificentia,  
DANIEL ROGERIVS Albimōtanus.**

**P**risca suis olim florebat ROMA trophæis,  
Nobilis & claris edibus illa fuit.  
Omnia sed longi detriuit temporis ævum:  
Nil finit eximium quod latuisse diu.  
Nec iam mira videt sæcli monumenta prioris  
Templa, vel è Parys casa theatra inglu:  
Vixque triumphales referunt iam signa columnas,  
Vix Capitolini lucida templa Iouis.  
Scilicet antiquas delerunt tempora moles,  
Ferreæq; cum Circus obruta ROMA iacet.  
Sed bene succedit, quod iam noua ROMA resurgat,  
Scaldis vbi refluxo flumine voluit aquas.  
Cerne graui pulchras surgentes marmore moles  
Cerne triumphalem, ciuica tecta, domum.  
Quod nisi me cupida fallunt præsagia mentis,  
Non erit Ausoniâ BELGICA ROMA minor.

**EIVSDEM  
De insignibus Urbis.**

**A**Rx vetus ad refluxum quondam fuit edita  
SCALDIM,  
Quam Brabona homines incoluisse ferunt:  
Hanc quicumque caui transirent nauibus, illis  
Dicitur emeritas eripuisse manus,  
Erepta s'que manus iecisse in fluminis vndas,  
Et vetus hinc urbem nomen habere suum.  
Hinc quoque sic multis visum, pendentia sumunt  
Urbis modò qua clypeus inserit arma sua.

**Non**

*Non puto commotos tali ratione fuisse,  
 Qui primum clypeis hac posuere suis:  
 Sed quia nulla diu solet vrbs, aut firma manere  
 Mœnibus, & firmâ ni tueare manus:  
 Hac puto prudentes motos ratione, coruscis  
 Infererent clypeis mœnia cum manibus.*

**In eandem, qualis nunc est**

**M. DC. XIII.**

**Incerto auctore.**

**S***i qua potens vsquam, si lata vrbs vlla triumphat,  
 Hac mea prudenter tristia fata notet.  
 Illa ego sum varijs ANTVERPIA clara trophæis:  
 Illa ego sum cuius gloria tanta fuit.  
 Illa ego sum, quondam quæ fortunata vocabar  
 Gloria Belgarum, perpetuumque decus:  
 Floruit infelix per me Germania quondam;  
 Olim diuitijs altera Roma fui.  
 Nunc iaceo infelix, duris agitata ruinis,  
 Et iacet, heu! noster sub pede pressus honos.  
 Immeritò ciues me subietere periclis,  
 Crudeles ciues (impia turba) mei.  
 Dum nostris Fortuna opibus rebusque fauebat,  
 Nulla meo populo cura quietis erat.  
 Victa Fides, cultusque Dei, Pietasque iacebant,  
 Nullus erat vera Religionis amor:  
 Sed dolus & fraudes, & amor sceleratus habendi,  
 Mittebant dominas in mea regna manus.  
 Sic subito periit mea magna potentia casu,  
 Sic merito ex omni parte dolore premor.*

In eandem

PETRVS LINDEBERGIVS Rostoch.

**S**i superi vellent imis mutare superna,  
*Vix alia Vrbi toto dignior orbe foret.*  
 Magna loci est, generosa situ, placidissima celi  
 Temperie, muris ferrea, merce potens.  
 Cunctaque quae cupiunt mortales possidet ipsa:  
 Ast illis cunctis, pax, beata, caret.

Inscriptio Portæ CÆSARÆ  
 Vulgò D. GEORGI.

CAROLVS V. CÆSAR

HANC PORTAM PRIMVS MORTALIVM  
 INGRESSVS CÆSAREAM VNNOVP-  
 VIT, DIE XXV. NOVEMBERIS, ANNO M.  
 CCCCC XLV.

Ibidem.

ALBERTO ET ISABELLÆ  
 PER MAIORVM VESTIGIA ANTVERPIAM  
 INGREDIENTIBVS, ET EORVM  
 EXEMPLO PIE AC PRVDENTER RECTVRIS  
 S. P. Q. A.

In propugnaculis.

DIVÆ MARIÆ HUNG. REG. DIVI CA-  
 ROLI V. CÆSARIS SORORI, PATRIÆ  
 EX FRATRIS AVCTORITATE TVTRICI,  
 S. P. Q. A. HANC MOLEM EX EIVS NO-  
 MINE

ET MONVMENTA BRABANT. 39  
 MINE MARIANAM NVNCVPANTES  
 PIIS VOTIS DD. QVOD SOLLICITO IL-  
 LIVS HORTATV TANTÆ HÆC VASTI-  
 TATIS MOENIA GRAVISS. REIPVB.  
 IMPENSIS VEL QVADRIMESTRI SPA-  
 TIO, AD MILLE PASSVVM LONGITV-  
 DINEM IN SUPERIOREM VSQVE LIM-  
 BVV EXCITATA SINT, VNIVERSVMQVE  
 VRBIS AMBITVM HAC PARTE COMPLE-  
 RENT, MENSE AVGVSTO, M. D. LII.

Ibidem.

CONSTANT. HALMALVS EQVES AVRA-  
 TVS, HVIC MOLI PRIMVM IECIT LA-  
 PIDEM, DIE XVII IVLII, M. CCCCGLII.

Ibidem.

IVSSV CAROLI V. CÆS.  
 IOANNES A GROMBACH, EQVES AV-  
 RATVS, HVIVS VRBIS SENATOR HVIC  
 MOLI, INDITO NOMINE D. IACOBI,  
 PRIMVM IECIT LAPIDEM, ANNO M.  
 CCCCC. LII. DIE III. IVNII.

Antuerpiæ fortificatæ laus,  
 IACOBO DANO auctore.

**P**iramidum exultat titulis Aegyptia tellus,  
 Romani iactant Amphitheatra sua.  
 Attollit cristas Rhodus insula clara Coloſſo,  
 In pretioque innum Dedale perſtat opus.  
 Vmbraſq; incredibilem Babylonia monia fundunt,  
 Templo Ephesus Trivia reddita nota magis.

C 4

Caria

*Caria Mausoli memoratur clara sepulcro,  
 Commendat Thermas Roma superba suas.  
 Celsa Obeliscorum fastigia laude feruntur  
 Arteque Phidiaca stant simulacra Iouis.  
 Nexi auro lapides Cyri laudantur in arte,  
 Mennonis artificis quæ fabricata manu.  
 ANTOVERPEÆ nihil hæc collata sed vrbi  
 Munita vallis aggeribusque nouis,  
 Hoc opus exuperat mundi miracula mille,  
 Magne quod extructum CAROLÆ, honore tuo.*

**Ante portam KIPDORPIANAM.**

**S. P. Q. A.**

**AVXILIVM sVIS DEVS.**

**C**hronographicum est, denotans insignem ac immortalis memoria dignam victoriam de Gallis reportatam, anno salutiferæ incarnationis **CIÖ. IÖ. LXXXIII.** Ipso D. Antonii festo, quod die urbem hostiliter inuadentes repulsi sunt, & in fugam coniecti, occubueruntque ex ciuibus **LXXXIII**, ex Gallis verò **M. cccc.** atque in his permulti nobiles & magni nominis. Consulat lector annales Belgicos, legatque hos (si lubet) versus **V. N. Michaelis vander Hagheæ, amici nostri.**

*Gallica gens nuper scenalibus edere ludis*

*Ansa fuit Flandros cordis habere nihil.*

*Et sit ob id Flandri Chirurgica sectio, nec cor*

*Repperit, hinc Flander fabula totus erat.*

**Commotæ**

ET MONVMENTA BRABANT. 41.

*Commota his Nemesis, quid Galli plauditis? inquit,  
Restat adhuc Flandro fabula agenda sua.  
Parua mora est. sine corde viri, quingenta animosè  
Corpora Gallorum & mille dedere neci.  
Europa emporium aeterno id testabitur aeo.  
I Galle, & Flandros nunc cor habere nega.*

## In ponte marino.

SACROSANCTAM SERVATORIS CRV-  
CIFIXI IMAGINEM CVM BASI S. P. Q. A.  
RESTITVIT CIO. IO. XCIII. KAL. FEBR.

## In mercatorum Basilica, vulgò B V R S A.

S. P. Q. A. IN VSVM NEGOTIATORVM  
CVIVSCVNQVE NATIONIS AC LINGVÆ,  
VRBISQVE ADEO SVÆ ORNAMENTVM.  
ANNO M. D. XXXI. E SOLO EXTRVICTVR.

*Mundi anima, vt rerū moderetur nūmvs habenas  
Terrasq̃ue & tractus conciliet marium:  
Disce hospes toto quamvis diuisus ab orbe,  
Hic tibi si nummus, non peregrinus eris.*

## Ibidem.

HÆC MERCATORVM BASILICA, CVM  
FEBRVARIJ DIE XXIV. ANNO CIO. IO.  
LXXXIII. FORTVITO CONFLAGRASSET  
INCENDIO, EODEM ANNO A S. P. Q. A.  
RESTAVRATA FVIT, PHILIPPO  
SCHOONHOVIO, ET PETRO  
ALOSTANO COSS.

De frequentia omnium gentium  
in Iani medio, siue mercatorum  
Basilica, DANIEL ROGERIVS  
Albimontanus.

**I**Nclytus in media situs est locus vrbe ANVERSA,  
Qui Iani mediꝝ nobile nomen habet:  
Nec tam seposita est gens vlla vel vrbe remota,  
Quotidie huc qua non bisue semelue valet.  
Nam notat vndecimam cūm gnomon temporis horam  
Sextaꝫue labentem cūm trahit hora diem,  
Omnigenas denso videas huc currere gentes  
Agmine, quæ claro Phœbus ab axe videt.  
Huc venit Anglorum genialis turba, locumꝫue  
Hanc subit, hac medium gens tenet vna locum.  
Italus à dextris, & ei coniunctus Iberus,  
Ambiguo stringunt ætria prima pede.  
Ambulat à læua quos gignit Gallia parte,  
Hac etiam Belgas cernere parte licet,  
Ante sed aspiceres antiquo Tuiscone natos  
Et quoscunque dedit Rhenus & Ister habes.  
A tergo Burgundus adest, fortisꝫue Batauus,  
Et quos Arctoïs conspicit vrsa plagis.  
Dissonus auditur rumor, locus ipse repletur  
Et varijs linguis, vestibus & varijs.  
O decus exiguum, visu & mirabile cunctis!  
Orbis in exiguo maximus orbe viget.

In

In ædes Senatorias,  
Idem DANIEL ROGERIVS.

**E** Dita Pyrramidum Pharius miracula Nilus  
 Iactitas, & turres rex Etolomæ tuas:  
 Clara leuat maros Babylon super astra superbos  
 Structa Semiramia & munia firma manu:  
 Et vehit insigni pharetrata laude Diana  
 Vrbs Ephesi Lydio templu locata solo.  
 Cares ad æthereum Mansoli tollit olympum  
 Regia mirificis structa sepulchra modis:  
 Miraturque Rhodos Solis Phœbea Colossus,  
 Et Iouis Etæi claret vbiq; domus.  
 Te quoque miretur vastus DOMVS inclita mundus  
 Orbis, & antiquis hoc quoque iungat opus.  
 Hac domus ingenua moueat miracula menti,  
 Sola vel æthereis Curia digna locu.  
 Non tibi vel Rhenus similem, vel Sequana cernit;  
 Structurâ hac merito SCALDA superbit ouans.  
 Has quicunque videt constructas arte columnas,  
 Quisquis & has statuas, nobile cernit opus,  
 Et videt antiqui noua qui simulacra Brabonis  
 Atque alias fusi quas habet aris opes,  
 Non dubitet priscis illas conferre figuris,  
 Et super ascriptis commemorare bonis,

In aquilam Curia apicem.  
BONAVENTURA VULCANIVS,  
Brugensis.

**T**E quicunque apicem sublimi fronte locant,  
 Phanicem voluit ponere non AQUILAM:  
 Namque



4. No. *Namque feru \* flammis illase, rogoque superstes,*  
1576. *Antiquum retines en rediuiue decus.*

*Prodigio exulta felix ANTVERPIA, & istud*  
*Omen fortuna prosperioris habe.*

**In effigiem D. Virginis MARIÆ,**  
**coelestis curiæ Reginæ, Urbisque**  
**Patronæ, ante ædes Senatorias, in**  
**locum profani cuiusdam Colossi**  
**restitutam, auctore IOANNE BO-**  
**CHIO, S. P. Q. A. à Secretis.**

**V**nde nouum Pario calatum marmore Numen  
Et medio Regina foro descendis? an alto  
Lapsa polo, vanum moles veneranda Colossum  
Non tulit, at solitum voluit complexa tueri  
Maestate locum, primasque reuisere sedes?  
Nācūm prisca nouis ANTVERPIA crescere rectis  
Capit, & exiguo primūm se claudere muro,  
Omni ab immenso fiducia tempore Diua  
Virginis auxilijs semper stetit, illa Penates  
Auxit & ingentem paulatim erexit in Urbem:  
Illa domos opibus cumulauit & vbere fœtu  
Quæsitisque in pace frui concessit, & auram  
Indulxit facilem Genitrix, cultumque benignis  
Illa suis meritis pensauit, & omnibus urbem  
Eripuit misera a malis, multosque per annos  
Texit inoffensos Virgo se præside muros.  
At postquam Zephyris nimium tumefacta secundis  
Prosperitas, animis tantarum obliuia rerum  
Subdidit.

Subdidit, & primos non instauravit honores,  
 Effigiemque sacram Diva genitricis, & vrbi  
 Tutelam genio populus neglexit inerti;  
 Ex illo turbata quies, emotus & orbis  
 Cardine, nec solitum potuit servare tenorem  
 Machina, funestis obnoxia casibus, ex quo  
 Excidit immemori custodia Numinis Vrbi,  
 Accessitque nefas, & pulvinaria moles  
 Altera, fatalemque locum conscendit, & aram  
 Polluit, & vera successit fabula Diva.

Heu quibus illa minis animos, quibus illa colonas  
 Terruit auspicijs, & prona in verbera dextra  
 Effigies mucrone ferrox: memor altera cadis  
 Est manus, iratusque fremit sub casside vultus.  
 Hinc furor, hinc odij stricti civilibus enses,  
 Exemploque sui praesentia marmoris vrget.

At moti tandem auspicio meliore Sodales  
 Qui Diva delubra colunt, Genitricis honores  
 Instaurare parant, & primas reddere sedes.  
 Nec minus incerto votis ferventibus instant  
 Proposito, monitisque \* Patres quos nomen IESV  
 Discernit populo & laudata regula vita:

7. Apr.  
1581.

Nec mora, certatim molis simulacra profana  
 Obsequij studiosa populi mandante Senatu  
 Artificum truncat manus, atque ingentia membra  
 Colligit, & veteri reparandam destinat arci,  
 Qua fluxuum spectet, terroremque hostibus illum  
 Incutiat, quibus arma placent, & classicus horror,  
 Et coniuratis patria periuria regnis.

Tum vacua Numen renovari in sede Sodales  
 Virgineum, sacrosque iubens de marmore vultus

Mygdonio

Mygdonia, vittasque sinu, Gnatumque venasci,  
 Et desueta diu fastigia visere Dinam.  
 Aspice quàm placidis in fœdera prouocet vlnis  
 Pristina pacifici Genitrix castissima Christi:  
 Quàm ferat ad nostros intacta puerpera morbos,  
 Spem vita, & quantum manibus contrectet alumnus.  
 Aspice qua veteris iaceant obliuia culpe  
 Humanique salus generis: qua pignora Mater  
 Offerat, & vitis solatia quanta propinet,  
 Quantaque clementem commendet gratia vultus.  
 Illa salutiferi demittens pondera ventris  
 Disidium vetus absoluit, trepidosque redemit  
 Supplicij & morte reos, placavit & iram  
 Iudicis, & clausi reserauit limina celi.  
 Illa decus mundi, cœlestis gloria turba,  
 Stella maris, Pharia qua lampade clarior rudet  
 Sternit, & ad tantos inuitat carbasia portum.  
 Illa orbis Domina, & regni Regina beati  
 Aligeris famulante choro: date sceptrâ coloni  
 Diuinumque apicem sacra redimite coronas,  
 Reddite quod tales quæsitum est munus in vsm,  
 Et vobis hac lege datum, dehinc soluite grates  
 Pro meritis dignas, mentemque Sodalibus equam  
 Virginis, & facilem conatibus addite vultum:  
 Vt quàm sollicito neglecta iniuria Matræ  
 Pectore, prelatique dolor vos tanget honoris,  
 Gaudia presidij testentur vestra recepti,  
 Maior & admissum penset reuerentia culpam.  
 Illa patrociniū reuocata resumet auxilium,  
 Reddet & antiquam renouati fœderis auram:  
 Illa clientele timidos complexa Penates  
 Subdet, & aeterna firmabit iura quietis.

*Ille semel bellis & luctibus vrbe fugatis  
 Palladium cunctis erit inuiolabile seclis:  
 Nequeat aduerso turbari ANTVERPIA fato  
 Amplius, infestisque premi Respublica telis,  
 Quamdiu virgineos non pratermitter honores.*

**In Moneta Ducis BRABANTIAE,**  
**IOAN. I. LOTHAR. BRAB. LIMB. DVX.**

**Q***uo magis confirmata foret Respublica, neruis  
 Quos dare, si certa est, sola Moneta potest:  
 Haic operi additi, mibi se addixere lubentes,  
 At nos perpetuum iussimus esse suos.*  
 CLO. CC. XCI.

**ANTON. I. LOTHAR. BRAB.**  
**LIMB. DVX.**

**S***ervari qua pacta prius, namque illa mereri  
 Visa monetalis sedula cura mibi:  
 Quin auxi, statuens illos bellique togaque  
 Immunes censu, militia vacuos.*  
 CLO. CCCC. XI.

**PHILIP. II. IND. ET HISPR.**  
**REX, DVX BRAB.**

**A***tque ego quod pactus fuerat Dux alter & alter  
 Firmans more bono, consului patria.  
 Sic me mortali facient pia facta merendo  
 Dissimilem, superu esse Dys similem.*  
 CLO. LO. LIX.

**Ibidem.**

## Ibidem.

Æuiterno monumento perpetui pacis  
immunit. cum Diuis Principp. IOAN. I.  
ANT. I. PHILIPPO IV. Brabantia Ducib.  
memoriam sæcularem Præf. Iurat. Sod.  
A.A.A.F.F. hoc apparatu doni, cum maio-  
re possimus, gratiss. animis tertium cele-  
bramus cIo. Io. xc i. mense Quint.

In oculo Urbium Brabantia.

In ædibus Collegi DIMICATORVM,  
ad imaginem

Horatorum & Curiatorum  
IOAN. BOCHIVS.

**F** Elices anima iuuenum certamine quorum  
Tergemino gemina dirimunt certamina partes.  
Vos caditis ne Roma cadat, ne corruat Alba,  
Et vestro gentem excidio seruatis vtramque.  
O si non alio victoria funere constet  
Omnis, & hostiles paucorum morte cruentum  
Martis opus redimant acies! non sanguine tellus  
Diffueret, celebres nec flamma absumeret vrbes,  
Troiaque nunc staret, & defensoribus istis  
Æternum, gens, imperium, Romana, teneres.

## Ibidem.

**C** Orporis vna exercitijs athletica præstat,  
Quæ artifices proprios protegit, ornat. item.  
Nam belli simulacra ciens, vsu addocet artem,  
Quam calo victrix iure corona beat.

Ibidem.

Ibidem.

## In fratrum discordiam.

**N**Vlla fides regni sociis, fratres duo vt olim  
 Erheocles & Polynices successor vterque  
 Regni Thebani, exemplo docuere cruento.

Qui pacti inter se fuerant hac lege, per annos  
 Alternos vt regnarent, sceptrumq̃ue tenerent.

Primum at imperio accepto, mox fœdere rupto  
 ETHEOCLES dempto dominari sine volebat.

Itur ad arma ided. Thebas concurritur ante.

Terribile in pugna per mutua vulnera fratres  
 Occumbunt: Quid non fratres discordia cogis?

M. V. H. Antuerp.

## AD LECTOREM.

**A**Ntequam MARIANI templi inscrip-  
 tionem & Epitaphia aggrediar, vi-  
 sum fuit præmittere versus aliquot Cornelij  
 Graphæi de conflagratione huius ædis, quæ  
 accidit anno post natum Saluatorem c. 10.  
 10. xxxiii. iii. Non. Octobris, L. Vrfulo  
 & G. Lyra Coss.

Huius  
 mentio  
 in epi-  
 stolis  
 Erasmi  
 Rote-  
 rod. per  
 Paulum  
 Merula  
 editis.

Quisquis es, hac legito, horrendo, sic omnia versu  
 Ardent, vt coram cernere cuncta putes.

**E**st vrbe in media moles vastissima, Templum  
 Augustum, sublime, alta vsq̃ ad sydera ductum,  
 Calicolum Domina sacrum, toti vndique mundo  
 Percelebre, immensis opulentum dotibus, auro,  
 Argento, gemmis, ære, omnigenoque metallo,  
 Structura, statuis, sumptu, multa arte stupendis

D

Picturis,

Picturis, tabulis, varianti & marmore mire  
 Conspiciam, TURRIS cui multo altissima surgens,  
 Astrigeram curvato contingit vertice calum,  
 Arte laborata insigni, translucida, crebris  
 A fundo ad summum doctæ celata fenestris:  
 Tota quidem viuo (res pulchra) è marmore ducta,  
 Spectaculum infigne & patria ingens gloria, toti  
 (Tanta est maiestas) late spectabilis orti.  
 Septem & quinquaginta alta hic altaria fumant  
 Quorundam, & totidem multo haud sine lumine sunt  
 Sacra Deo, totidem conductis ritè ministris  
 Qui adstant ara, & Divis libamina ponant.  
 Huc sese ignipotens densa sub nocte reducens  
 Vulcanus, socijs Sterope atque Pyragmone, & atro  
 Bronte, & pranigro multa fuligine Capno  
 Circuit immensa tectum latera ardua templi,  
 Omnia perlustrat, rimatur singula, & acri  
 Observat visu, sibi tanta in mole vel ullam  
 Se inuenturum optans escam. Videt omnia tuta,  
 Oppressos somno vigiles, omni hoste remoto  
 Nusquam esse insidias, tanta illum occasio, & atrox  
 Esuries facit audacem, hortaturque cupitam  
 Ad prædam socios, furtim interrupti, & alta  
 Contiguam turri confestim corripit aram,  
 Indigetis GOMMARI aram, primumque voraci  
 Fauce rapit pinguem cerato stipite tedam,  
 Liciaque immani depascit gutture; deinde  
 Cortinas, Divumque petit simulacra, primumque  
 Impius accendit GOMMARVM, ac deiecit ipsam  
 Cum statuis aram indignans, tum deinde per altum  
 Subsiliens claudus murum, latensque fenestram  
 Ardua peruadit tectorum ad culmina. Lana

Lumina

Lumina sub densis subito enigrare tenebris,  
 Ablata stella, totum sub nube profunda  
 Fumorum latuit templum, vastissima nusquam  
 Apparet turris: magnas tota vrbe tremulus.  
 Iamque ferox tellus erumpit flamma, tenebras  
 Inter fumorum medias, ingensque relaxat  
 Impete præapido, improvisi fulminis instar.  
 Primum ergo efficit longa testudine valuis  
 Portarum, eripiunt alij sacra vasa, sacrosque  
 Ex adytis calices, alij simulacra, piisque  
 Calicolum effigies, diuinaque arte decoras  
 Exportant tabulas, argentum, aurumque, omnemque  
 Tam pulchri ornatum templi, quem quisque petito  
 Tam virgensi grauitèr potuit subducere. Porro  
 Hinc alij aduocis ad cæta ardentia scalis  
 Conantur longis nixi harpagonibus arsas  
 Et tegulas & semusto laquearia ligno  
 Deicere, infasus alij restringere flammam  
 Adnitantur aquis. In vanum quisque laborat.  
 Flamma virget flammam, condensæ turbine fumum  
 Impediunt fumos, æstus superat ab æstu,  
 Stridor stridorem, strepitus cum murmure longo  
 Confundit strepitum. Iam inuis sacra omnia diris  
 Vastantur flammis. Tabula & multa arte decorus  
 Pictorum labor ille amido consumitur igni.  
 Ille gyganteo præcelsus corpore, centum  
 Plus minus (horrendum visu) protensus in vlnas  
 Cosmophorus, cui rex olim est mutata ferendo  
 A puero Christo, hinc flammis vallatus & illius.  
 Adstanti populo terribile ac miserabile visu  
 Spectaculum præbat, totis incendia membris  
 Sæpe micant, ardet pectus, prelixaque barbe,



Ingens in manibus pinus, simul & mare vastis  
 Quod calcas pedibus, passuque ingente fatigat:  
 Ardet & infelix menachus cum lampade, parvam  
 Dum fugit in cellam, notumque recurrit in antrum.  
 Et tandem ille graui subsidens corpore, magno  
 Cum sonitu cadit, & medios turbatur in igneis,  
 Ut quondam Rhodius prae grandis mole Colossus  
 Corruit, & latos concussit pondere campos.

A Eream interea tempestas maxima turrim  
 Oppugnat, surgunt certamina maxima, torum  
 Mulciber huc totam extremam vi contrahit iram:  
 Illa grauem obiecta accipiens tela omnia dorso  
 Sustentat pugnam, & duro sub Marte laborans  
 Difficili obnixu, tanto in certamine sudat.

Hic planè ingenuam virtutem animumque virilem,  
 Ille Deum cura, & patria pietatis alumnus

VRSVLVs ostendit, cupiens seruare potenti  
 Iam propè deuictam bello, obsidione molestam.

Quid non conficiat praesentia sancta magistri?

Tercentena adsunt interrita pectora, fortes

Immoti virtute viri, instaurantque cruenta

Pralia, conflictuque nouo noua bella laceffunt:

Opponunt hosti imprimis magno aggere magnam

Vndarum molem è puteis & fontibus actam.

Vim vi propellunt, & forti Marte retundant

Hostiles animos. Sauum in certamine vulgus

Vulcanum insequitur; tandem illi in pectore magni

Dat vulnus, patre Neptuno adiutante tridente:

Insuperatum alacrem referunt ex hoste triumphum.

Sic igitur summo turris seruata labore

Euasit flammam & dira incendia, ductu

VRSVLE magne tuo; quod mi sua maxima sentio

Hortatu

*Hortatu pietas, & verè heroica virtus  
Fecisset, nunc illa solo prostrata iaceret.*

In B. MARIÆ Templo primario,  
cuius chorus anno cło. cxxiv.  
consecratus est per Burchardum  
Episcopum Cameracensem,  
Ut docent hi Versiculi.

**V**ndecies centum ductis sex & quater annis  
Virginis à partu conciliante reum,  
BYRCHARDVS Prasul hac atria, nec minus aram  
Sacranit medium quod tenet Ecclesia.

Transiit Collegiata hæc Ecclesia, anno  
M. D. LIX. in Cathedralem, ad laborante  
PHILIPPO II. Hisp. Rege, sedente PAULO  
IV. Pont. Max.

D. Q. M.

ANNO M. D. LV. PHILIPPVS Hisp. An-  
gliz & Franciz Rex, &c. Dux Burgundiz,  
Brabantiz, &c. primis sui ordinis comitiis  
hac in æde celebratis, III. has fenestras  
Christo seruatori dicatas, fieri iussit.

D. O. M.

D. CAROLO V. M. Imp. aug. P. P. qui  
cùm ann. xxxix. summa cum laude re-  
rum gubernacula tenuisset, tandem ma-  
ximis terra marique partis victoriis, post  
abdicat. Imperium ætatis anno LVIII. in  
Diuos relatus est die XXI. Sept. ann. Chri-  
sti M. D. LVIII. S. P. Q. A. honorificentiss.

D 3

heic

heic persolut. iust. bene merito gratitudinis ergo dic.

D. O. M.

D. FERDINANDÓ, D. CAROLI. V. Imp. aug. & pacis, quietis studiosiss. qui vbi Ro. Rex designatus, vna cum fratre imperasset ann. xxviii. solus verò vi. die xxv. Iulij, anno Christi M. D. Lxiii. concessit fati, cum vixisset annos Lxi.

S. P. Q. A. iustis exequiis heic ritè persolutis piæ memoriæ ergo P. C.

D. O. M.

D. PHILIPPO II. Catholico, Hispp. Indiarumque Regi, totius orbis Monarchæ potentiss. qui maximis rebus terra marique gestis, imperio ampliss. Lusitaniæ regnis aucto, ac Belgicis Prouinciis ISABELLÆ filia in dotem cum ALBERTO AVSTRIACO datis, ætatis Lxxi. inter viuos esse desit Idib. Septemb. cId. Id. iic. s. p. q. a. celebratis hic honorificè exequ. piæ ac æternæ memoriæ consecrauit.

Ibidem in sarcophago.

Monumentum MILERII HVGVINI Hiberni, Archiepiscopi Thamenſis, obiit non. Augusti, M. D. xc.

D. O. M.

D. O. M.

FRANCISCO SONNIO Brabantino,  
ex Acad. Louanienſi Doctore Theologo,  
primū Syluid. poſt Antuer. 1. Episcopo,  
inuiſto in hæreſes athletæ,  
hic ſpe reſurrectionis quieſcenti,  
Colleg. Canonicorum, & ſ. P. Q. Antwerp.  
parentiopt. L. M. pon. cur.

Hono-  
rarium  
ex elo-  
giis Bel-  
garum  
Auber-  
ti Mi-  
ſſi.

Vixit ann. LX. obiit damno publico  
prid. kal. quind. c. lo. lo. LXXVI.

Mortalis cū ſis, mortuo  
bene precare.

D. O. M.

LÆVINVS TORRENTIVS, patria Gan-  
dauenſis, literis & legationibus domi fo-  
riſque ſpectatus. Ex Archidiacono & Leo-  
dienſis Principis Vicario Generali 11.  
Antuerpienſium Episcopus. III. Machli-  
nienſiū Archiepiſcopus designatus. Col-  
legi Societatis I E S V apud Louanienſes  
fundator. Ad rerum ſtatus Belgii Conci-  
lium aſcitus, dum præcipitantem Remp.  
fractus viribus, anno infraſto, conſiliis  
ſuſtento, Bruxellæ deceſſi VI. kal. Maias,  
c. lo. lo. XCV. Vixit ann. LXX. M. I. D. XVIII.

Tumu-  
lus mar-  
moreus  
& qui-  
eſcentis  
habitu  
viſitus.

## Honorarium.

**D** Vm tibi, Torrentine, nouo torrente litare  
Apparat interitu Belgica maſſa tuo.  
Perpetuumque oculo ſtillanti proiicit imbrem,  
Largum vt Hybernâ qui fluit amnis aquâ;

D 4

Deſectis

*Defectus lacrimis, dum tergere lumina credit,*

*Caca suum sensit te perijisse oculum.*

Maxæmylianus Vrientius s. p. q. Gand.  
à secretis concii opt. pos.

D. O. M. S.

## IOANNES MIRÆVS

Episcopus Antuerpiensis quartus H. S. E.

Qui oblatam sibi, famâ virtutis, dignitatem

Cum diu recusasset, sic ut cogendus foret,

Eâ vigilantia, magnanimitate, Integritate,

Benignitate ac prudentia gessit,

Vt virum muneri, non munus vito datum apparet.

Sed heu fidem sortis humana!

Vix dum septimam turbidis tempestatibus messem

Hoc colono perindustrio *Antuerpia*, gustaueras.

Cum serenato per inducias tandem Reipub. celo,

Infelice cattarrosæ guttulæ defluxu,

Tu spe vberioris frugis, ipse vitâ, excidisti,

Ianuari die xii anno sal. clb. lxxi. suo LII. incunte,

Omnibus etiam hostibus luctuosus.

Pijs ut manibus sit quies, quisquis hæc legis,

Deum venerans precare.

Chronicon ex Psalmo.

Non ConFVnDar In æternVM.

## Honorarium

### ÆTERNITATI SACR.

Heus, Viator,

Tumulû hunc aspice, tumulatum suspice.

IOANNES MIRÆVS Bruxellæ natus,

Belgico orbi notus,

Iacet hic.

Episcopû Antuerp. ann. vii. viuentē vidit

Raptum fato inuidente luget,

& tu luge, qui legis.

Doctrinæ

Doctrinæ ac pietatis cultor extitit,  
 Hæreseos prauitatis vltor stetit.  
 His vis pretium dare? precem dona,  
 & ad aras ora mœstus,

Si bonus es,  
 Sin malus es, audin? cede lætus,  
 Iacet hîc tui tñorumque malleus.

**Aliud.**

*Hoc iacet in tumulo Musarum mysta, Minerva  
 Cor, Charitum charus splendor odorque chori.  
 Plura cupis? iacet hîc MIRAEVS; sit tibi Numen  
 Hoc nomen. reliquum fama loquetur. Abi.*

F. Prosper Stellartius Tornac.  
 Augustinianus amico poneb.

**Aliud.**

*Medulla rerum, vita disciplinarum,  
 Facetiarum corculum, pietas tota,  
 Excelsioris arx domusq; Natura,  
 Penus sacrorum, lampas alta Belgarum,  
 Aeternitati natus, arbiter morum.  
 Si plura quaris hospes, hîc iacent plura.*

**Ibidem.**

FERDINANDVS XIMENEZ PERETA  
 Lusitanus, sacræ & illustriss. militiæ S. Ste-  
 phani Eques commendatarius, sibi Anna  
 Lopez coniugi, Roderico Nonio Ximenes fratri,  
 eiusque coniugi Gracia Rodrigex ac liberis,  
 totiue in posterum familiæ XIMENIO-  
 RVM PERETA hoc sepulturae perpetuæ  
 monumentum viuens p.c. Anno cId. Id.  
 xciii.

FERDINANDVS vixit an. LXXV. obiit die XVIII.

Mens. Decembris, anno c13. 13c.

ANNA vixit ann. LXX. obiit die VI. mensis  
Septembris, anno c13. 13c.

RODERICVS vixit ann. LII. obiit die XI.

Octobris, anno c13. 13. XXCI.

GRACIA vixit ann. obiit die mens.

## In ambitu summi Chori.

### AENEÆ A MARIVORTA.

Icono  
clastz  
frege  
runt  
incri  
ptio-  
nem.

**Q** Vis sim, quis olim, quis denique  
Viuens fuerim, requiris hospes optime?  
Sum pulais, olim nobilis  
Dum fata vitam haud inuident superstitem  
Belli, togæ, domi, foris.  
Heroes inter splendidos haud infimus,

Et miles & dux agminis.

At fortè nomen & genus quaesieris

Et patriam de nomine,

Respondeo quod Cypridos quondam fueris

Gnato, Creusa coniugi,

Idem parentes indidère infantulo,

Vocatur AENEAS fui.

Gens MARIVORTA originem mihi dedit,

Antiquitate splendida.

Brugis in auras me mater primum tulit,

Herois inclita & pia.

Quid sim, quid olim (vel potius nuper) fui,

Scis hospes. at tu quis fies,

Tenebris sitis nequeo quidem cognoscere:

Sed tute te ipsum noueris.

Abijt ad Superos XIX. Maj, anno C13. 13. LXXVI.

Ibidem.

## Ibidem.

*Hoc tumulo Musa, Charites, Astræa quiescunt,  
Quo sua SANDELICVS membra ADRIANVS  
habet.*

Adriano Sandelico Decani B. MARIAE  
Petrus Ægidius s. P. Q. A. ab actis Pos.

## DEO SACRVM,

Et memoriz *Hadriani Tacqueti*, viri à stirpe nobilis, Tu-  
Moribus ad probitatem, ingenio ad modestiam facti mu-  
Qui in re ampla & lauta, cum omnium laude vel gratia lus  
Vixit ann. LXXVI. honestè tranquilleque. mat-  
Obijt XVII. Kal. Mart. Anno cl. Is. IC. mo-  
Liberi sex utriusq; sexus superstites opt. & meritissimo reus.  
Parenti ipsi mærentes PP.  
Viator adde vota, & hanc tibi  
Qui scis eundam præcunt huic faue.

## In sarcophago.

Scio quod redemptor meus viuit, quem  
ego ipse visurus sum in nouissimo die  
ADRIANVS TACQVET, qui obiit XVII.  
Martij, M. D. XCIX, dū natus annos LXXVI.  
R. I. P. Amen.

## D. O. M. SACRVM.

Hocce speculum, siue  
Monumentum est, viator inspice,  
& ex eo te tibi que vitæ  
exemplum, si lubet, disce.  
Lectissima femina ELISABET MERTENS  
Leonis F. dum fuit, coniux,  
FRANCISCI DE MEYERE Viri optumi,  
Pietate, probitate eximijs,

At



At prudentia non sui sexus,  
Semper vna stabilis animi sede,  
Vtramque solita accipere fortunam,  
Illius haud minus quàm nunc secura  
Heic te manet.

Si vna bene exactæ vitæ honoribus bea-  
beris, renatus in æternam illam al-  
teram. Tu interim illi precare  
quæ tibi mox voles.

Vixit annos XLVII. D. XVIII. Obijt xv.  
Kal. Septemb. Anno CIO. IO. XCV.

D. O. M.

In la- Insigni probitate, mansuetudine, pieta-  
mina- te, cæterisque id genus animi dotibus mi-  
rè ornato adolescenti GREGORIO BAL-  
BANI, ciui ac mercatori Lucensi, legitimo  
Bonacursij Balbani ex Catharina F. Bru-  
gis nato, IOANNES BALBANI desijderatiss-  
simo fratri germano suis impensis dolens  
pos. Vixit ann. plus minus xxv. Decessit  
vii. Kalend. x. Decembris, M.D. XXXIII.

DEO OPT. MAX.

Tu- Viator tamen si properas, ad ista parumper,  
mu- Hoc vt in rem quod sit tuam cognoscas.  
lus  
mar-  
mo-  
reus.

*Nox est omnibus vna dormienda.*

DAVIDI HAECX DAV. F.

Domo Antuerpiâ,  
negotiatori sedulo,

Quatuorviri ab eleemosynis Reipub.

& in pauperes benefico,

Sed vix mens. ix. munere functo,

ante

ET MONVMENTA BRABANT. 61

ante diem hinc euocato,  
Æris vt expensi ratio  
Deo constet.

ISABELLA DE SCHOTT Iacobi F. vxor caris.  
Liberique mœsti cum lacrymis  
hoc mon. pon. cur.

Æterna vt eis quies apprecate.

Vixit annos XLVIII.

Obiit anno Chr. cld. id. cvi. Idib. Aug.

Hæc verò

*Certa dies nulli, mors certa, incerta sequentum*

*Cura. Locet tumulum qui sapit, ipse sibi.*

Ibidem.

Quicumque hunc locum oraturus ingrederis, pro anima NICOLAI MAILLIERDI huius Ecclesiæ Canonici Sacerdotis hic infrà sepulti, Dei misericordiam deprecari dignare, vt siquid eius paruitas de peccatis tepidè pœnitendo obtinere non potuit, obtineat vestra tantorum charitas, sedulò misericordiam Dei precando. xx. Octob. cld. id. cvii.

Ibidem.

Vix luminis auras hausit & interiit  
ADRIANVS VAN LIERE, Pauli Senator.  
F. natus iv. Septembris, extinctus xxviii.  
Decembris, Anno cld. id. cv.

D. O. M.

Reuer. Domino IACOBO ANTONII Antwerp.  
Huius Cath. Ecclesiæ Canonico, eidemq; à Thesauris,  
Rare pietatis & ætatis viro.

LIII. enim annos sacerdos, natiuit. suæ LXXVII. obiit  
 Christ. salutis anno c15. 13cv. III. Kal. X. Decembris.  
 Er ante arā SS. Crispi & Crispiniani conditus hīc iacet  
 Non procul à suor. mon. in quo situs est  
 IOAN. ANTONII pater, qui excessit c15. 15Lx11.  
*Margrita van Sorch* mater, quæ abiit anno seq.

Item fratres eiusdem

R. D. PETRVS ANTONII olim & hīc Canonicus,  
 ET RVMOLDVS ANTONII huic aliquando vrbi  
 ab elemosynis.

Apprecare Viator requiem animabus eor.

DEO O. M. SACR.

Max. SILVESTRVM PARDO Brug. H. Mon. tegit,  
 mo- V. reuerendum sacris hīc honoribus;  
 zeum Sacerd. Theol. Can. librorū Cens. Sigillif.  
 mo- & sede vacante, Vicar. general.  
 au- V. illustrem natalibus, ex vtraque  
 men- paternā PARDO Hispanicā,  
 tum. maternā VLAMINCPOORTE Flandricā,

antiquæ nobilitat. familia.

Dominū in Lambres & Eryn apud Duac.

V. clarum suis at magis dotibus

Doctrinæ, priscæ & virtutis:

Quas famæ & memoriæ consecrauit,

agendo semper, & merendo bene,

Cōsilio, ope, opera, prout res aut vsus tulit.

Sed & tolerando constanter, (sa.

Inprimis exilio Caleti lōgo profidei caus-

Nunc porrò vt illi bene sit in patria

Tu, bone Lector, votis, qua potes, iuua.

Decessit an. sal. c15. 15cv. prid. no. April.

Annum vitæ agens LXXII.

Relicto sui desiderio, vt ceteris

ita cognatis maximo,

Qui hoc gratius test. L. M. Q. P. C.

D. O. M.

D. O. M.

FRANCISCO VAN THIENEN Presb.  
S. Theologiae Licentiato, Cathed. Ecclesiae  
Antwerp. Canonico, ac Reuer. eiusdem  
quondam Vicario, qui cum D. MAVRI-  
TII & sociorum reliquias huic SALVE  
REGINAE sacello dedicasset, hoc loco se-  
peliri voluit. Obiit XII. Maij, anno cIo.  
Io. xcvi.

Ioannes del Rio Archidiaconus An-  
twerp. & Franciscus van Zinnicq  
defuncto testatori H. Mon. Poss.

Æterno luminum Patri S.

GASPAR CHAERLES

&amp;

CLARA CARPENTIER S

sibi posterisque suis moris &amp; mortis

ergo H. M. F. C.

donec immutatio veniat.

Obiit ille xx. Iulij, cIo. Io cxiij.

Illa verò cIo. Io. xcviij. April. x.

Ibidem.

AMBROSIVS iacet hic, id te volo scire Viator,

Splendida cui DYNTER gentis origo fuit.

Conspicuum pietas, quem religioq, fidesq,

Collegam dedit hac Virginis ade sacra.

Nobilibus, doctis placuit, virtuteq,ne falsis

Dum vixit, vermes nunc sua membra terunt.

Obiit mens. Iunij, anno M. D. X.

D. O. M.

In sa-  
cello  
diui  
Tho-  
mae.  
Sacr.

D. O. M.

IOANNES LIVINEIVS Gandensis  
LAVINI TORRENTI Antwerp. Episcopi.  
ex sorore N.

Canonicus & Cantor huius Eccles.  
qui vt genere & eruditione  
Sic & tumulo proximus auunculo  
hic quiescit.

A Græcis patribus illustrandis,  
in qua lingua valde excelluit,  
è medio cursu abreptus ætat. LII.

Christi A. c 15. 15. xcix. Idib. Ianuar.

*Hactenus Ismario quamuis subiecta Tyranno  
Artibus & studiis Græcia culta stetit:  
At nunc vt lauo LÆVINEIVS male fato  
Deperit, & penitus Græcia versa perit.*

Max. vrientius B. M. P.

### Honorarium.

POSTERITATI DD.

IOANNES LIVINEIVS Gandensis, Canon.  
& Cantor Ecclesiæ Marianæ,  
LAVINI TORRENTI Antwerp. Episc.  
ex sorore N. vixit.

Æternitati (benigne miserere Deus)  
diuinæ omnium votis,

Sæculorū ingenī monumentis insertus.  
Hoc nomē tibi Lector, hoc veritas docet.

Ah !

Valetudine pertinaci, multum in  
anteceßum morbo,

Morte indenuntiata, tamen denatus est  
Idib.

Idib. Ianuar. Anno CIO. IO. XCIX.

Sic nec Fata fallunt, dum fallunt.

Lex posita est, viuendi, moriendi,

Viator.

Disce, quod facis mori, & finem cogita.

D. O. M. S.

CHRISTOPHORO PLANTINO Turonēsi,  
cui & incolæ Antuerpiano,

Architypographo regio, (gna,  
Pietate, prudentia, acrimonia ingeni, ma-  
CONSTANTIA AC LABORE maximo;

cuius industria atque operâ  
infinita opera, vetera, noua,

magno & huius & futuri seculi bono  
in lucem prodierunt:

IOAN. RIVIERA coniux & lib. heredesq;  
illa opt. viro, hi parenti  
mœsti posuerunt.

Tu qui transis & hæc legis, bonis manibus  
bene precare.

Vixit ann. LXXV. Desit hic viuere  
Kalend. Quintilibus.

Anno Christi CIO. IO. XXCIX.

GENIUS DEFUNCTI.

*Nec busta ne quis lacrumando funestet.*

*Nihil dolor, lamenta, planctus, aut dira*

*Iuuare sanctos nenia queant Manes.*

*Ne Calitescinem sibi cooptarunt*

*Sedes beatorum inter & choros: id quod*

CONSTANTIA ET LABORE consecutus sum.

Ioannes Gheesdalius B. M. P.

E

DOCTORVM

DOCTORVM si iacturam, PLANTINE, virorum

*Respicimus: fateor vixeris ipse parum.*

*Si meritum, studiumque exanilatosque labores*

*Pro Musis toties, vixeris ipse satis.*

*Sive tot arumna, ac ceca ludibria Dina*

*Ocurrunt, nimium vixeris ipse diu.*

*At si spectamus Famam monumenta perennis,*

*Hac vitam spondent iam tibi perpetuam.*

Ianus Douſa F. amico pos.

CHRISTO RESVRGENTI SACRVM.

IOANNI MORETO Antuerpiensi,

magni PLANTINI genero,

Eiusdem virtutum atque artium

LABORIS ET CONSTANTIAE heredi:

Queis iuuenis senescētem socerum iuuit,

Vita functum superſtes expreſſit.

Publicè vtiliſſimus, priuatim benignus,

Paſſim modeſtus, probus, prudens,

Omnium bonorum elogio bonus.

Vixit, præclarum ſuis honeſti exemplum,

ann. LXVII. Menſes IV.

Obijt, inſignem in DEVM pietatē teſtatus,

x. Kal. Octobris M. DC. X.

MARTINA PLANTINA (precata

Optimo marito cum lacrymis optimè ap-

Sibi & poſteris mortalitatis memor

P. C.

IN D. VRSVLÆ Sacello.

Virtute, religione, ac doctrinâ præclaro

D. GASPARO VANDEN CRUYCE, I. V.

Doctori, Cathed. huius Eccleſiæ Canon.

& ſa-

ET MŌNVMENTA BRABANT. 67  
& facelli S. VRSVLÆ fundatori, Mater &  
heredes mæst. B. M. Poss. cūm xx. Februa-  
rij, anno CIO. IO. XCI. I. Ætat. suæ XL. ad  
authorem vitæ migrasset. R. I. P.

## In S. Circuncisionis Sacello.

*Louanij doctus, Dordraci natus IOBVS*  
*Hoc est NAVCLERVS conditus in tumulo,*  
*Quem virtus, pietas, & docta gratia lingua,*  
*Huius Plebanum fecerat esse domus.*  
*Illum, heu! Parca ferox, nostro nimis inuida clero,*  
*Vix passa est vitæ lustra videre decem:*  
*Sed febre confectum dedit hoc sub marmore corpus,*  
*Hæc cineres atros ossaque texit humo.*  
*Disce hospes, nulli crudelia parcere Fata,*  
*Atque silenti vmbra vota benigna face.*  
*Anno CIO. IO. XCI. X. Febr.*

X P Ω

## Primitijs rediuuiorum

*pijsque manibus*  
SEVERINI VAN VFFELE, IC. clariss.  
summa probitate, Integritate, fide,  
D. Catharina Martiny marito  
marita cariss.  
& liberi mæstissimi,  
parenti optimo sibi que  
M. H. PP.

Desijt iv. Non. Iunij, CIO. IO. XCIX.

D. O. M.

CL. Viro & Patricio D. ADRIANO AB  
HEYLVVIGEN, qui in supremum inclytæ  
huius



hultus vrbis Magistratum longa annorum  
serie cooptatus, quaterque ad sublime  
Consulatus fastigium euectus, Rempub.  
summa industria, fide, Integritate & Iusti-  
tia administravit, Parenti opt. pientissimo-  
que liberi mastiff. H. M. Poss. Obijt v. Id.  
Iulij, Anno Christi c10. 10. xciii. Aet.  
sua Lxiii.

D. O. M.

In la-  
mina.

Generoso heroi ANTONIO AB ISEN-  
BURG iuniori, Comiti Budingen, annos  
nato plus minus xlviii. ad v. diem No-  
uemb. anno M. D. XLVIII. plumbo tor-  
mentario miserè occiso, RUBINHARDVS  
frater desideratiss. fratri dolens pos.

D. O. M. SACR.

FRANCISCO CAMBI Patricio Floren-  
tino & incolæ Antuerpiano, pietate, pro-  
bitate, ingenij acrimoniâ maximo, qui  
cùm vixisset anno LVII. vitte desijt  
anno c10. 10. xciii. prid. Kal. April.

Qui hæc legis, Viator, pijs manibus  
bene adprecare.

Resurrect. Christi, vita mortuorū.

D. O. M.

Fuit hic  
pater D.

Andreæ  
Schot-  
ti, cui  
Photiū  
latine  
loquē-  
tem de  
bemus.

FRANCISCO I. F. I. N. SCHOTTO Bel-  
terfæ, citi & mercatori Antwerp. D. de Bou-  
terfæ, inter huius R. P. pauperum patro-  
nos quondam adoptato, deque patria B.  
M. & ANNÆ BOSCHAERT eius coniugi,  
parentibus chariss. liberi masti PP. obijt  
ille ætatis suæ anno Lxxii. Christi c10.

10.

ET MONUMENT. BRABANT. 69

13. LXXXVII. 1x. Kal. Maij. Hæc verò datat.

LXIX. Christi 613. 13. LXXII. x. Kal. Febr.

R. I. S. P. *Mors transitus ad Vitam.*

## Ibidem.

Cubat hic inhumatus generosus Dominus D. WILHELMVS DE BERCHEM equestris ordinis, qui diem obiit extremum anno domini M. D. III. Ipsius non febr. cuius animâ Deus benigne suscipiat.

## In fenestra vitrea.

**S**eptimum Anglorum Rex prudens, rexque benignus  
HENRICVS regnum belli virtute recepit,  
Crudeli Brito superato Marte tyranno,  
Connubioque domum clarus coniunxit utramque.  
ELISABETHA fuit coniux & regis proles,  
Nobilis EDVARDI regis pia filia quarti,  
Famina progenie illustris, decoraque forma,  
Perpetua in miseros clemens cunctisque benigna.

## Ante idem facellum.

### DEO OPT. MAX.

Hic situs est ad parentis tumulum

IACOBVS SCHOTTVS Francisci F.

Reipub. Antwerp. quondam Quaestor,

Eidem que difficillimis temporibus ab eleemosynis,

Trium ius liberorum quater meritus:

Quibus quam carus ciuibusque vixerit,

Funeris est maiore declaratum.

Et vxor ISABELLA VAN HOINSSEM Henrici F.

In spe resurrectionis simul acquiescentes.

Decessit ille ætatis anno. LXIII. climacter.

Christi 613. 1361. postrid. Non. Septemb.

Hæc verò vii. post anno VI idus Mai. æt. LVIII.

Monumentum liberi XII. superstites

cum lacryis pon. curant.

Tu-  
mu-  
lus  
mar-  
mo-  
reus.

*Terra editi, terra ipsi, terra reddit:*

*Paratus esto quisque. Iudex aduenit. Greg. Nazianz.*

**T***ene ego mi frater, terrâ iactatus & alto  
Extremo tandem muneror officio?*

*Luminaque obsignans in morte natantia pressi.*

*Luminibus frater carior ipse meis.*

*Annua dum faciam prisco de more parentum,*

*Affiduè mittam munera ad exequias.*

*Illuxit siquidem atra dies, quæ te abstulit ipsum:*

*O nimis hoc nostrum flebile disfidium!*

*Nempe præis, sequar ipse comes non passibus æquis.*

*Dimidiū ergo anima frater AVE atque VALE.*

*Andreas Schottus Soc. IESV presb.*

*fratri cariss. pos.*

**IOANNES BOCHIVS S. P. Q.**

*Ant. à Secretis defunctum alloquitur, ad  
dictionem græcam σκότος, id est, tene-  
bræ, & nomen eius alludens.*

**E***rramus dubij medijs dum vivimus umbris,*

*Hoc SCOTE, tu nomen conuenienter habes,*

*Vixisti tenebris & carcere clausus in atro,*

*Fulget ab æthereâ nunc tibi luce dies.*

*Pro tellure potius mutatur, & orbe perennis*

*Gloria, pro leto vita, labore quies.*

**D. O. M.**

**FRANCISCO XIMENIO DE LEON**  
*Middelburgensi, singulari in Deum pie-  
tate, summaque in gerendis negotiis fide  
prædito, vxor MARIA ORTIZ marito ca-  
riss. paruique filii, patri opt. maturæ cum  
ita*

ET MONVMENTA BRABANT. 71  
ita Deo sit visum) morte sublatâ, poss.  
obiit M. D. LX. Vixit annos XL.

## DE O

VNI, TRINO, ÆVITERNO.

**M**ortales omnes fatali & ineuitabili  
subesse legi voluit  
Solutus qui supra legem est Deus.  
Rides, ludus, citusque transis viator?  
Et hîc meta tua.

Tu-  
mulus  
mar-  
mo-  
reus.

Hic ioci, hic facetiæ conduntur omnes.

ISABELLÆ VANDER PIET

Matronæ

Lectissimæ, optimæ, desideratissimæ,

THEODORVS SVVEERTIVS LIBERIQ.

Ille coniugiamantiss. Isti matri cariss.

marmoreo hoc tumulo parentauêre.

Annis XVI. marito cum fide conuixit,

septem beata prolibus.

Abiit ad beatiores sedes

Anno ab incarnato Deo CLO. IŒCVIII.

IIII. Kal. Maij.

Ætatis suæ XXXV.

*Impares nascimur, pares morimur.*

D. O. M.

&

PIÆ MEMORIÆ

DAVIDIS HAECX Syluæduccensis;

qui ex honesta familia prognatus,

mercaturam exercuit,

XXXII liberorum parens

è tribus vxoribus susceptorum,

E 4

ANNA

ANNA DV CARNE prima, quæ pr. kal. Feb.  
c. l. l. lxxvi. è mundo sublata est.

ANNA BOEL secunda, quæ Idib. Septem.  
c. l. l. lxxxix. inter viuos esse desiit.

ANNA. HENRICI tertia, quæ  
defuncta, postquam marito superstes,  
qui prid. non. Dec. c. l. l. l. ab hominibus  
demigravit, hoc Epitaphium  
cum heredibus posuisset.

ANTE B. MARIAE SACELLVM.

D. O. M.

HENRICVS DE MOY, I. V. D.  
cùm huic ciuitati XLVII. P. M. annos  
à secretis fuisset,

animam Deo consignans,  
ossa arida hic deponi curauit,  
donec tuba Arch. viuificata illa resumeret.

Vixit ann. LXXV. M. VIII.

obiit D. XVIII. Ian. A. CH. 1600. 1601.

*Viator fide, huc eundum.*

PIETATI ET POSTERITATI.

Mar. Duos fratres hoc monumentum habet,  
mo- ARNOLDVM & IACOBVM DE CORDES,  
reum Nobili stirpe è Neruiis oriundos,

mo- Sed in hac vrbe ortos: (Pruenen.  
nu- Patre Ioâne de Cordes, Matre Isabella de  
men- Ille viuere desiit XVI. kal. Iun. 1600. 1601.

tum. Annos natus LI.

Iste XVII. kal. Decemb. eiusdem faculi,  
annos natus L.

Moestus frater Ioannes de Cordes

Sepul-

ET MONVMENTA BRABANT. 73

Sepulcro aui ARNOLDI PRVENEN intulit.

Virtuti & studiis operati,  
moribus & ingenio suaues,  
semper vixêre cælibes,  
vt nunc cœlites  
voue mecum bone Lector.

### Ibidem.

M. ANDREAE PEVERNAGIO,  
musico excellenti,  
huius Ecclesiæ phonasco,  
&

MARIAE filia

MARIA HAECHT vidua & FF. M. P.  
Obierunthic xxx. Iulii, æt. XLVIII.  
Illa ii. Febr. Æt. XII. c. lo. lxxxi.

### Ibidem.

BARTHOLOMÆO TYCHER In-  
Ex Norica illa gēte, quæ ab Henrico IV. Aug. mi-  
na.  
temporibus, continua maiorū serie Reip.  
sua præst, ann. M. D. XLII. Die xxvi. Oct.  
defuncto,

HERBERTÆ DENS

cuius vxori, an. M. D. LVII. Die xxix Martii,  
posteris omnibus & coniugibus eorum,  
in spe resurrectionis heic quiescentibus.

D. S.

IACOBI BELLERONI Genuensis,  
qui æt. anno LXXIX. Christi veni M. D. C.  
die xv. Februarii in viuis esse desit,  
hic conduntur exuvie,

E 5

donec

donec supremâ sonante tubâ,  
æternum corpus induat.

D. O. M.

Eximio ac pio D. M. N. HENRICO SE-  
BERTO Dungæo, Ducissiluio, S. T. Doctori,  
Protonotario & Penitentiario Apostolico,  
Ecclesiæ D. Virginis Antwerp. Canon. di-  
gniss. heredes opt. ac B. M. patrono Poss.  
obiit anno humanæ salutis M. D. XCVI. suæ  
ætatis. XXCV. Pridie Id. Sept.

Animæ hominis ô homo bene precare.

In B. Virginis Sacello.

D. O. M.

In far  
cophæ  
go  
mar-  
mo-  
l. O.

ARNOLDO PRVENEN Theobaldi F,  
Traiecto ad Mosâ honest. parētib. oriūdo,  
Viro cūm erga Deum pietate,  
tum in rebus gerendis  
fide & industria singulari:

MARIA BOMBERGA VXOR  
coniugi cariss.

ac cōmunes liberi parenti optimo, sibi quæ  
ac posteris H. M. F. C.

Vixit annos XLVI. M. X. D. III.

Obijt x. Kal. Iun. M. D. XXXVI.

Ibidem.

In la  
mura

Occidit ERNESTVS pugna imperio quoque doctus,  
Saxonia aggreditur maxima iussa Ducis.

Hic PVLCHRIMONTIS gaudet cognomine Baro  
Occidit. En tumulto fundite thura sacro.

Anno M. CCCC. LXXIX.

Ibidem.

## Ibidem.

CONSTANTIA GVALTEROT Floren-In la-  
tina, *Gualterot* Beatriceque Bandina nobi-mina-  
libus nata, RAPHAELIS MEDICIS illu-  
stris à D. Iacobo Spatano Equitis vxor,  
duos enixa masculos, annum tantum a-  
gens xx. hic exuias reliquit, natalis IE-  
SV, M. D. XIX. Octob. I.

**S**iste pedem, hoc & quid calces spectato Viator,  
Vinere mox disces fortiter atque mori.

Nobilis, egregio florens & corpore nuper

*Aequabam nymphas, diuitiisque Midam.*

*Ipsa fui constans, mihi sed CONSTANTIA nomen*

*Inde datum, vitam sustulit atque dedit.*

## Ibidem.

IOANNIS FLEMINGI, D.  
in Wineghem.

Hoc quis sub tumulo cubet, Viator,

Huc illuc oculos agens, requiris

Qui te rem doceat, docebo. Quis tu?

Qui tecum loquor, vmbra. Quæ? Poëtæ.

Vbi? post tabulam. Quid ergo dicis?

Hoc quod tu loqueris. Quod illud? Ipsum

Quod nescis. mancas ineptè, nec dum

Scis quod nescieras. FLEMINGVS ille,

Omnes quem poterant amare prauis,

Omnes debuerant amare sani,

Hic iacet. nihil addo, nec necesse.

Novit cetera mundus vniuersus.

Aliud

Ico-  
nola  
stæ in  
scri-  
ptio-  
nem  
diruc-  
runt.



## Aliud per Gerardū Falkenburgum.

**V**nde tot Aonijs è vallibus audio questus?  
 Quid Charitum lacrimis ora rigata nitent?  
 Fata repentina rapuerunt inuida mortis  
 Piarj columen præsidiumque chori.  
 Quis fuerit, dubitas? FLEMINGI est nobile nomen,  
 Qui charus, Phæbo, Mercurioque suis.  
 Diuitijs clarus, sed clarior arte fruendi,  
 Vatum Meccenas, ipse Poëta bonus.  
 Eximie coluit recti sibi conscius omnes  
 Officijs homines, & pietate DEVM.  
 Ergo quid hunc mæsti tantum lugetis amici?  
 Qui nunc in calo est certa parata quies.

CL. V. D. D. IACOBI LOM  
Ruremundensis manib.

**C**ontendunt Ruremundenses, Bruxella, Vbiq̃ue,  
 Accipient tanti qui monumenta viri.  
 Hi propriam sobolem poscunt, illique patronum;  
 ALBERTI famulum Principis illa suum.  
 Fata sed has dirimunt lites. Antuerpia dixit;  
 In qua animam Superis reddidit, hac habeat.  
 Obijt anno c10. 1062.

D. O. M.

In la-  
mi-  
na. **NICOLAVS SPINVL** IO. F. Genuensis,  
 moribus iuuenis ornatiss. & summa pa-  
 terni maternique generis atque animi  
 nobilitate præclarus; quem nemo aspexit,  
 quin amarit, nemo allocutus quin lauda-  
 rit: dum optatissimum reditum honore au-  
 ctus in patriam parat, fato heu! nimis acer-  
 bo

bo præreptus, hic situs est. Mon. FRANCISCVS frater mæstiff. F. C. Obijt VI. Id. Nouembris, M.D. XLVI. Aetatis suæ XXVI.

### Ibidem.

PETRO ANTONIO PASELLO Galeatij F. ciui & mercatori Bononien. nobili Paselorum familia claro, qui vixit ann. XL. Decessit XIX. Sept. M.D. XL. superstitere patre, ac quinis relictis liberis.

**H**At ego PASELLVS GaleatI filius vrna  
*Condor, me & Pater & Felsina mæsta dolet:*  
*Namque Italos linquens fines, dum inuiso beatam*  
*Hanc Andouerpam, mænia clara petens,*  
*Confestim en morior, satis absumptus iniquis,*  
*Vix medium vita dum mihi currit iter.*  
*Quid fies mi genitor? quid clara Bononia luges?*  
*Mors hac non mors est, sed mihi grata quies.*  
*Corpus enim hic dormit, vigilas mens regnat Olympo.*  
*An quis tam optanda hac lucra mihi inuideat?*

### Ibidem.

FRANCISCO FOSSÆ, spectatæ virtutis ac In la-  
 singularis ingenI iuueni, patria illa olim mi-  
 Romanorum celeberrima colonia CRÆ- na.  
 MONA, & parentibus nequaquam obscu-  
 ris, sed multis ipsorum in Rempub. suam  
 meritis probatissimisq̃ue moribus tota  
 Insubria clariss. fratri opt. frater mæstiff.  
 VINCENTIVS FOSSA non sine multis la-  
 crumis Mon. hoc in perpetuam nominis  
 eius memoriam faciendum locauit. Ex-  
 cessit

cessit è viuis anno à nato humanæ salutis  
assertore M. D. XLVIII. Mens. April. die IV.  
Vixit autem ann. XXII.

D. O. M. S.

& bonæ memoriæ

Tu-  
mu-  
lus  
mar-  
mo-  
reus.

CORNELII PAVNII Antuerpiensis

*Arnoldi ex Maria Bomberga F.*

Cui viro pleraque laudis & voti  
eximiè contigerunt:

Probitas, prudentia, doctrina, opes,  
Sine fraude, sine vanitate hæc habuit,  
publicè priuatimque exhibuit.

A thesauris huius opidi sapius,  
Itemque in Senatu sapius.

Omnibus profuit

Officio, beneficio, consilio, exemplo.  
Tu lector illi, & bene precare mortuo.

Vixit ann. LXV. obiit VIII. Kal. Apr. CIO.

IO. XCVIII.

Heres & cognatus auunculo M. P.

ARNOLDVS DE CORDÈS.

Ibidem.

In la. Hic iacet ANTON. CATANEVS nomine BAYA  
mina. Inuidiam mortem pectore sustinuit.

Ecce pium summâ inuenem pietate potentem,  
Herba pestifera vescitur & moritur.

ANTONII deslete vices, miserescite vestri,  
Qui iuuenis primo flore rescissus obit.

Omnibus ex aquo charus meritoque colendus,  
Consilio prudens, dexter & ingenio.

Genua quem genuit, tenet ast Teutonnica tellus,  
Heu! miserum corpus, spiritus astra petit.

Obijt XIX. Decemb. Anno M. D. XL.

In

*In hoc sacello visuntur VIII. Prophetarum lapidea statua & deaurata, vaticinantium de caelesti illa Regina Christoque saluatore nostro, additis sequentibus inscriptionibus. Opus Ioannis & Roberti Nolani, vulgo Colini, quibus & debemus CHRISTI seruatoris nostri crucifixi imaginem in Ponte marino, & serè quotquot habemus monumenta & marmorea ornamenta in hac eade sacra, reliquisque templis.*

MOYSES, Deuterom. cap. XVIII.

Prophetâ de gēte tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dñs Deus tuus.

DAVID, Psal. CXXXI.

De fructu ventris tui ponã super sedē tuã.

SALOMON, Can. III.

Veniat dilectus meus in hortum suum.

ISAIAS, Cap. IIX.

Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomen eius EMANUEL.

HIEREMIAS, Cap. XXXI.

Creauit Dominus nouum super terram, femina circundabit virum.

EZECHIEL, Cap. XLIIII.

Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniã Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa principi.

DANIEL. Cap. II.

Lapis abscissus est de mōte sine manibus.

AGGÆVS. Cap. II.

Adhuc modicum, & veniet desideratus cunctis gentibus.

*In Sacello Venerab. SACRAMENTI.*

D. O. M.

D. O. M.

FRANCISCO VANDEN CRUYCE, Franc.  
F. eiusque coniugi IYDOCAE DE MEYERE  
ciuibus Antuerpiensib. fide, pietate ac re-  
ligione præstantiss. liberi charissimis pa-  
rentibus cum lacrymis Poss. vixit ille an-  
nos LXX. Obijt die XXIV. Maij, ann. Domi-  
ni. M. D. LXXXVIII. Hæc verò anno LXXV.  
Obijt die XXIX. Octob. Anno M. D. XCVII.

Orate pro eis.

D. O. M.

Tu-  
mu-  
lus  
mar-  
mo-  
reus.  
Sepulchrum hic vides  
Magi viri IOANNIS VAN HOVE,  
qui inter primarios ciues  
Pietate & alia virtute eminuit.  
Ab eleemosynis huic vrbi fuit,  
id munus optimè obiuit.  
Vxores hab. MARIAM VANDEN CRUYCE  
Moribus & ingenio electam,  
& ex ea quinque liberos,  
Obijtq; III. Non. Sept. Anno 10. LXXIII.  
Iterumque MARIAM VAN SANTFORT,  
sed sine prole,  
singularis exempli faminam,  
Quæ & liberos mariti sui heredes instituit.  
Obijt postridie Non. Decēb. M. 10CIII.  
At ille vt in vita sic in morte tranquillus,  
Obijt xv. Kal. Iulias M. 10CI.  
Filij & heredes mæsti PP.  
*Vide ista lector, cogita, & quod est caput  
Morti parare, & bene precare moriū.*  
Ante idem Sacellum.

IESVM

## IESVM CHRISTVM

Vtrum Deum & hominē in SS. altaris esse Sacramētō.  
 Omnis ratio est in virtute Dei: omnis potentia in Fide.  
 Quod potest esse, à Dei potentia est; quod sit ab eius  
 voluntate.

Quod scimus esse, habemus ab Ecclesia, quæ non errat,  
 & à S. Scriptura quæ non fallit.

Quod non capimus, ab intellectus est infirmitate:

Quod non credimus, à patre mendacij, qui non stetit  
 in veritate.

Auctore

R. P. D. CORNELIO MVSSO Episcopo Biton.

Ibidem.

IACOBO VAN CAESTRE Guiljel F. Viro  
 nobili, D. N. clariss. in Flandria nato, hic  
 denato anno. sal. cio. 10. xxxv. Aet. XLVI.  
 Vxor D. Catharina Gyselberts & liberi,  
 marito illa dulciss. hi parenti piensiss. hoc  
 monumentum merentes PP.

*Quiescenti gaudium voue Viator.*

D. O. M.

GOSSVINO A BAVHYSEN Gisberti F. In la-  
 Zuphano, mercatori à fide & probitate mi-  
 laudatiss. publico huius ciuitatis eleento-  
 synarum dispensatori diligentiss. Ac item  
 MARIA DE NAVE Georgi F. Brugenf.  
 eius vxori, famina & pudicitia & mode-  
 stia munere insigni. Obiit quidem ille vi.  
 Maii. M. D. XLVIII. Cum vixisset ann.  
 XLVI. Illa autem maritum secuta die xvi.  
 Febr. Anno Christi M. D. Lxi. Vixit verò  
 ann. XLII.

DEI FIL. DEI MATRI.

F PETRO

**Ex mat. mort.** **PETRO DE SCHOT Antwerp.**

Viro bono, bonis prognato,  
qui inter iv. viros eleemosynis R. P.

præfuit,  
industriæ & probitatis exemplo  
profuit

merito suo desideratissimus,  
nam in mature ann. vitæ XLIII. excessit  
vi. kal. Iulij, cIo. Iocii.

Magdalena Ruis heu! coniux.  
cum lacrimis

P.

sibi quæ & posteris.

Quin huic lectissimæ matronæ  
opt. matri iv. Non. Iulij

cIo. Iocii. piæ defunctæ,

Liberi cum lacrymis parentarunt.

**Ibidem.**

*Omnia sic ibant, sic ibimus, ibitis, ibunt.*

**ÆGIDIO GERARDI iv. Licent. & Ad-  
uocato, qui obiit xxx. Augusti, m. DLXXVI.  
Ætatis LXIII. & ANNE WESENBECIA  
Petri olim Senatoris F. quæ obiit xi. Iunii,  
m. D. XCII. ætatis LXVIII. parentibus, sibi  
suisque PP.**

**ÆGIDIUS i. v. Licent. huius Reipub.  
Consul & Senator, qui obiit**

**ANDREAS i. v. Licent. in foro Lanifi-  
cii Iudex, in aliis Aduocatus, obiit**

**PETRUS Præfectus excub. vrbic. obiit**

**IACO-**

ET MONVMENT. BRABANT. 83

IACOBVS VAN OBY munitionum Belg.  
Architectus generalis ANNÆ filiz The-  
onuillæ defunctæ maritus. obiit

REQVIESCANT IN PACE.

*In morte vita.*

D. O. M.

PHILIPPO GALLÆO

Sculptori celeberrimo

&

CATHARINÆ ROLLANDIÆ

eius coniugi.

Ille annos natus LXXV.

obiit IV. Id. Mart. M. D. XII.

Hæc annos nata LXIII.

obiit prid. Non. Iunii,

M. D. XCIX.

Requiescant in pace.

Ibidem.

*Vvat ick ghaff is my ghebleuen,*

*Vvat ick bebiel heeft my begheuen,*

*Vvat is met die vveerelt bedreuen,*

*Anders niet als roock is s'menschen leuen,*

Ibidem.

DEO OPT. MAX. ET PIÆ MEMORIAE

D. IACOBI DE CVELENAER,

Huius Cathed. Ecclesiæ Sacellani & Sub-  
thesaurarii, qui, quod à Domino acceperat  
bonorum temporalium talentum, frugali  
industria probe auctum, rationem ponenti  
reddidit, eandem ecclesiam ex asse he-

F 2

redem



84. **THAES GRIPTELONEN. T. T.**  
 redem instituendo. Obiit die VIII. Sept.  
 612. **INC. X. AET. ANNO LXXII.**  
**REQUIESCAT IN PACE.**

**Ibidem.**

**MORI IN CHRISTO VOLVPTAS.**

**Dom. ac Mag. GASPARI DE MEERA,**  
 huius ædis Canon. & S. Theol. doctiss. Li-  
 centiato, veriss. virtutis domicilio, vitam  
 finienti. VI. Id. Nouem. ann. Domini M. D.  
 LXVIII. Hæredes moesti poss. Vixit ann.  
 LII. M. II. D. VI.

**Ibidem.**

**ÆGIDIŌ A BRÛSEGHEN viro inte-**  
 gerrimo, eleemosynarum distributori fi-  
 deliss. sacre huius ædis Ædili vigilantiss.  
 & vectigal. Ducis Brabantie ordinario Iu-  
 dici æquis.

Et

**MARIÆ DE MEERE** Ioan. Felips coniugi amantiss.  
 relictæ heredes moesti poss.  
 Vixit ille ann. LVII. obiit III. Id. Sept. A. M. D. LIX.  
 Hæc vero cariss. maritum secuta migravit  
 Id. Iul. A. M. D. LXXIII. cum vixisset  
 Ann. LXII. M. D. I.

**Ibidem.**

**BERNARDI CAVALCANTARI**  
 Patritii Florentini, præclaræ stupendæ,  
 corpus sub hoc saxo quiescit,  
 anima vero ad supernos, unde venerat,  
 rediit die KEE. Nouemb.  
 A. M. D. LXXII. AET. LVIII.

**ANTE**

ET MONUMENTA BRABANT. 8

ANTE ODĒVM.

IESV: DEI F. SAVVTIS HUMANÆ  
RESTAVRATORI. S.

D. HENRICVS TERBEKE à Coesvelt,  
huius Ecclesiæ Subplebanus,  
à concionibus, comitate,  
gratia clarus,  
extremi hie iudicii diem  
præstolatus.

Precibus adiuvæ Lector.  
obiit an. M. DCLX. II. Augusti.

### Honorarium.

Extremum monumentum  
D. HENRICI TERBEKE à Coesvelt,  
ante tragicos istos tumultus  
Ultraiectioni Canonici,  
Ob fidem Catholicam Ro. in exiliū pulsi:  
Divini verbi in Vbiis primò,  
Ac dein Antuæpiæ disertæ præconis, &  
Sub-Plebani  
vigilantissimi & omnibus carissimi;  
quem præpropere sublatum morte  
vrbis vniuersa eluxit:

Vt nunc sine luctu sit, & æternū gaudëat,  
Te magne Deus rogamus.

*Non ingent amicitia, non insitus homini lepos,*

*Non Comitatus, orisve Delitæ,*

*Ferrem potuere obniti fati, aut terri duras contem-  
lere leges.*

FRANCISCVS SYVEERTIVS F.  
amico tanquam fratri Pos.

F 3

D. O. M.

D. O. M.

D. IOANNES CORNELI Zelandus

Sub-Plebanus,

Doctrinâ &amp; vitâ æquè pius,

beata in spe,

Vocem tubæ Archangeli

hic expectat.

Obiit prid. non. Augusti,

CIC. ID. XCIII.

D. M.

*Voce forum soleo, mentesque mouere superstes,**Redde cliens similem, redde Viator opem.**Funde preces, causaque mea defensor adesto,**Vt bene supremi iudicii ora feram.*

CAROLO GABRI IC. CL. Antuerpiæ  
ann. XLII. Aduoc. munere summa cum  
laudefuncto, prid. Kal. Ian. M. D. XC. ætat.  
suz LXXI. defuncto, vxor liberique poss.  
Eiusque filiz CATHARINÆ anno CIC. ID.  
LXXV. in ipso XIX. anno tam formæ quàm  
ætatis suæ flore immatura morte percuntē.

Ibidem.

THEODORICVS DE MOY

Negotiator probus, pauperum in mu-  
nere eleemosinarij curator sedulus, & ad  
diem vsque fati summi huius tēpli Ædilis

H. S. E.

Vxores duas habuit, è priore ANNA DE  
CLERCK (quæ defuncta Colonia Agrip-  
pinæ, quò propter turbulentum patriæ  
statum vna cum marito secesserat)

liberos

ET MONVMENTA BRABANT. 87

liberos XV. suscepit.

Vixit anno LXXV. integer integros.

Obiit Ann. CH. M. D. CIIII. VII. Maii.

Bene precare Viator.

Quod feceris , & tibi alius faciet.

**Ibidem.**

PETRVS GRIMALDVS DVRATVS Ioan.  
F. nobilis Genuensis, spectatiss. in merca-  
tura & fide & industria, florente adhuc iu-  
uenta elatus , hic situs est, triste ac lacry-  
mabile sui desiderium patri fratribusque  
relinquēs. Vixit ann. xxxv. Obiit die XXI.

Octob. Anno M. D. XLIII.

D. O. M.

Ornatiss. matronæ MARIAE , generosi  
viri *Hieronymi Coronati* Patrit. Genuensis F.  
mulieri ob raras animi dotes eximiamq;  
in egenos pietatem præstantiss. ix. libe-  
rū superstitum parenti , ætate integra  
puerperio extinctæ, coniugi B. M. deside-  
ratissimæque HIERONYMVS SCORTIA  
Patrit. Genuens. mæstissimus.

H. M. P. C.

Obiit XIII. Kal. Iunii, CIO. IO. LXXXIV.

**Ibidem.**

*Hæc mate.*

HALMALE.

D. O. M. SACRVM

est piæ memoriæ

IOANNIS AB HALMALE Armig. D.  
Ioan. Eq. Aur. F. huius Urbis Consulis,

F 4

clara

clata & Equi. Ord. apud Eburones familia  
de Landris prognati XI. Kal. Ian. CIO. IVC.  
LIV. defuncti. MARGARETÆ BACHER  
eius coniugis, quæ obiit CIO. IVC. LXXXI.  
Id. Maij.

DD. IOAN. & CONSTANT. AB HALMA-  
LE FRFR. Equ. aurati, successivè Coss.

D. GUYLEEMI AB HALMALE Eq. aurati  
consulis, deinde Prætoris vrbis, non Sept.  
CIO. IO. LIII. sublati.

D. CONSTANT. AB HALMALE Eq. aur.  
postquam constanter Imp. CAROLO V.  
militarem navasser operam, in Senato-  
rum ord. assumpti, qui decessit V. Kal. Ju-  
nii CIO. IO. LXVI.

IOAN. AB HALMALE Armig. Senato-  
ris, qui diem obiit XVI. Kal. Decembris  
CIO. IO. LXXIII.

D. O. M.

CÆSAR CHENNIUS Patrit. Senensis  
H. S. B. qui vitæ integritate, animi can-  
dore omnibus charus, relicto sui deside-  
rio, amicis ereptus VIII. Id. Ianuarii CIO.  
IO. XCIII. Aetat. LXVIII.

*Mortuo bene precate mortali.*

D. O. M.

Reuerendo D. SIMONI MOORS, S.  
Theol. Licent. atque e Pastore quondam  
huius ædis Canonico, viro prudentia, in-  
genioque magno, executores Poss. Obiit  
III. Kal. Apr. A. CIO. IO. XCVII. Aet. LXII.

*Animalis est bene apprehendere.*

D.O.M.

D. O. M.

Et

ELISABETHÆ DE RENIALME Cap. F.  
 vxori dulcissimæ, IOAN. BAPT. SCHOTTI  
 P. C. Vixit ann. **MXIII. M. XI. D. XVI.** Obiit  
 anno Christi M. D. LVII. VI. Id. Septenib.  
 HENRICVS SCHOTTI vrbi huic à consi-  
 liis, parentibus B. M. sibi & suis constituit

### Honorarium.

CHRISTO RESURGENTI SAGR.

*Ergo nihil est quod perennes? Nihil.*

*Sic fato inuictis abduntur omnia? Omnia.*

*Quid ergo lasciuit homo quasi nunquam meritum?*

*Desipit*

Magni LVDOVICI GVIC. Patr. Florētini,  
 Verē magni FRANCISCI GVICCIAR. Nep.  
 quem gemma orbis Belgica,  
 & vrbium vrbs Antuerpia,  
 sortita est Historiographum,  
 temporaneum monumentum hic habes.

Viator,

quod *Franciscus Syverius F.*

viro de posteritate B. M. Pos.

donec nobilis Florentina natio,

dignum ciue,

dignum splendore suo

marmoreum & æternum erigant

Epitaphium.

obiit XI. Kal. April. Cl. D. LXXIX.

Æt. suæ LXVII.

F 5

-Ta

*Tu quæso, pie Viator dicito:*

*Aenum GVICCIARDINVS per omne viuat,  
Nomenque seneat perenne semper.*

**In sacello Sclopettariorum**

**D. CHRISTOPHORO SACR.**

**Aut. Cornelio Scrib. Grapheo.**

Age, quisquis magnum studes imitari  
**CHRISTOPHORVM**, Christum fidei hu-  
meris accipiens, illum per afflictionum  
vndas intrepidâ confessione gestato. Ne  
verò per cæcæ mentis tenebras in diffi-  
dentia scopulos incautus impingas, ad cæ-  
lestis verbi lucernam vacillantis vitæ  
gressum dirigito.

**E regione.**

**CORNEL. SCRIB. GRAPHEVS**, præcla-  
ræ huius vrbis à secretis, sibi suisque, &  
**HADRIANÆ PHILIPPÆ** dulciss. vxori vi-  
uens Pos. Ipsa quidem vixit ann. LXXI.  
Decessit autem XVII. Augusti, M. D. LVI.  
vno & XL. an. marita, matrona & pruden-  
tiss. & pietatis cultrix eximia. Ille verò ca-  
ram sequutus coniugem, migravit XIX.  
Decem. M. D. LVIII. cū vixisset an. LXXVI.

**Ibidem.**

Ex  
mar-  
more.

*Quis sit hic? BOCHIVS. satis hoc. nam cetera dicēs*

*Candor & integritas, Ingeniumque viri.*

**IOANNI BOCHIO** Bruxellensi,

**s. p. q.** Antuerp. à secretis

præpropera morte sublato

**Idib.**

ET MONVMENTA BRABANT. 91

Idib. Ian. cIo. Io Cix.

SABINA BOCHIA F.

ex asse heres parenti opt.

cum lacrymis pos.

*Sola virtus expers sepulcri.*

### Honorarium.

**F**orte puer rignuo ludit dum P AMPHILVS horto,

*Maxima tres inter lris fuit orta Deas.*

Noster hic est, posthac Phæbi vexilla sequetur

*Inquit, prima sacri Collioepa chori.*

Quod violas amet, & florum miretur odores,

*Vendicat hunc puerum blanda Napea sibi.*

Est inew, & dicto citius sub gurgite Nais

*Amplexum vitreo condit auara sinu.*

Sic rapitur primo Phæbi tyrunculus auro,

*Carpitur atque suum flosculus ante diem:*

Vestraque conciliant mœrorem iurgia, Diva,

*Luctum lusus, aqua funus, amœna necem.*

LÆVINO PAMPHILO BOCHIO filio

dulciss. in stagno submerso vi. Kal.

Septemb. cIo. Io. xcv.

*Ioannes Bochius S. P. Q. Antwerp.*

*à Secretis Pos.*

In eundem MAX. VRIENTIVS

S. P. Q. Gand. à Secretis.

**A**lter Hylas, alter Narcissus & alter Adonis

P AMPHILVS hic Bochij spes patriæ una

*iacet;*

Qui totam hauriret ne funditus Hippocrenen

*Florida quum vita mœsus adulta foret:*

*Vere*



92      INSCRIPTIONES  
*Vere puer primo perit, & dum ludit ad alnum  
 Naufragium visa merfus in, amne facit.  
 Vidit, & infames detestans Delin. undas  
 Ipse suas ultro tenuit & odit aquas,  
 Protinus & Citrhalatices obstruxit & Ascre,  
 Atque alium vobis quarite, dixit, herum.  
 Illa moerentes Boethii inuentia patris  
 Eundem modo vnteo clam subiere pede.  
 Ex illo totum Boethius tenet Asina solus,  
 Et nati eternis funera plorat aquis.*

D. O. M. S.

In far  
 copha  
 go.      **NICOLAVS AGRICOLA** Brechtanus,  
 huius ædis Presbyter,  
 quod mortale hic deposuit.  
 Ad sonum tubæ Archang.  
 expectat induere  
 immortale.

Vixit annos LXIII.

obiit anno M. D. CVI. mense Ian. die XXIX.

*Tu ei requiem Lector, precare.*

**Ibidem.**

**MEMORIAE SACRVM.**

In la-  
 mi-  
 na.      **D. NICOLAVS AGRICOLA** Brechta-  
 nus, vir eruditione & pietate clarus, huius  
 ædis Sacellanus, hoc monumentum sibi  
 scripsit, & poni mandavit.

**O** CHRISTE, pastor optime,  
 Qui penes animam pro tuu,  
 Oculis duc centesimam,  
 Tuæque caula vindica:

**Id NICOLAVS AGRICOLA**

Et

Et viuus atque mortuus  
 Indefinenter supplico.  
 Lector tua mortis memos,  
 Nostri miserum mortuum  
 Tui iure suffragis.

Obijt IV. Kal. Februarij, Anno CIO. IſCVI.  
 annos natus LXIII.

Sua bona Porcensi pædagoglio Louanij in  
 pauperum studiosorum victum reliquit  
 & donauit.

### Ante suggestum.

D. O. M.

BEATRICI RAMPARTIÆ Nic. F.

Fæminæ lectissimæ,

rara in Deum pietate,

conjugem liberosque amore,

in quintæ filiæ partu raptæ,

& ad vitam meliorem traductæ,

PAYLVS MECHELMANVS IC.

Regi à consilijs, Iudexque militaris,

laudabili in conjugem memoria,

mœstus cum lacrymis

ipsi sibi suisque pon. curauit.

Vixit illa ann. XXXIII. in coniugio IX.

obiit anno orbis redempti CIO. IſCIII.

A. D. XIII. kalend. Iunias.

At ipse Paulus

Vt sit BEATRICI beatè te rogo

Rogare Lector, & marito & liberis.

D. O. M.

D. O. M.

MART. NVTIVS &amp; ANNA TEMYLAERS.

par coniugum,

ad exemplum vixere sine querela.

ann. xix. editis liberis x. masculis vii.  
sequioris sexus iii.

Deuixere anno P. S. M. D. CVIII.

D. O. M. SACR.

**Ex** Mortalis audi pauca verba mortuæ. (uerp.  
**mar.** Ego MARIA sum DECKBRIA, nata Ant-  
**more.** Sed me Religio misit hinc Coloniam.Illic maritum MICHAELM BOOTIVM  
Deus dedisti : in patriam rediimus,

Annos quaternos &amp; decem vna viximus.

Sex liberos dedi, datos mors abstulit,

Et me quoque ipsam in partione sustulit.

Placui marito, ad finibusque &amp; ciuibus,

Industriâ domi, &amp; foris modestiâ,

Deo placere cura nunc vna est: iuua

Mortalis ô votis tuis me mortuam.

POſVITLECTISS. FEMINÆ ET DILECT.

HEV, VXORI MICHAEL BOOT, HVIC VRBI

QVONDAM AB ELEEMOSYNIS.

Vixit illa annos xxxiii. Obijt

An. cio. 1561. Non. Nouemb.

D. O. M.

*Spiritus ante Deum, corpus humo cecidit.*IOANNI MONCHOVIO, Traiecti supe-  
rioris & Antuerpiæ ciui, mercatori, in-  
comparabili modestia, comitate & omni  
virtute

ET MONUMENT. BRABANT. 95  
virtute prædito, CATHARINA COBELIA  
marito opt. pijsſſ. bene de ſe merito, cum  
quo vixit ann. XX. M. VI. D. IV. Poſ. & ſibi  
poſteriſque ſuis. Deceſſit anno LIII. ſupra  
ſeſquimilleſimum, die XIV. Feb.

D. O. M.

ANTONIO BOOT Ægidi F. Bredano,  
Viro probitate & induſtria ſingulari,  
obiit die XII. menſ. April.  
anno ſalutis CIO. IO. LXXV.

& eius coniugi,

MARIAE A SANTVOORT Guiliel. F.  
lectæ matronæ.

Obiit VI. Decemb. CIO. IO. CIII.

Fuere bene vna ann. XVII.

Vixere, ille annos LV. Hæc LXVIII.

*Requieſcant in pace.*

D. O. M. SACR.

Sit uſhic eſt PETRVS LE-MISEREVR  
Valentianus,

**A** Moribus & vita probitate, in rebus induſtria,  
A fide in Deum & Regem laudabilis:

Quit turbidis rebus cedere vrbe, quàm ſlectere

Leuiter in illa maluit, & Colonia miuit.

Reuerſus Eleemoſynis publicis fideliter præſuit,

Cum MARIA GODIN coniuge, lecta matrona,

Annos XL. concorditer vixit.

Liberos XIII. ex ea tulit, nouem moriens reliquit.

Mortuus eſt autẽ XVII. Kal. Octob. An. CIO. IO. CIV.

Liberi maſti poſuerunt.

Hæc qui legi, pacem precare mortuo.

Ibidem.

Ex  
mar-  
more.  
Opus  
Palu-  
dani  
ſtatua  
rii ce-  
leber-  
rimi.

Ibidem.

D. O. M.

MELCHIOR LYNDEN Bernardi F.

ciai &amp; mercatori Antwerp.

qui, vt in rebus industrius,

sic &amp; integer omnino fuit.

Pauperum patronus electus,

id munus latus suscepit,

sedulus obiuit,

cum laude deposuit.

CATHARINA VAN SOLT Arnoldi F.

coniux coniugi cariss.

&amp; IV. filij superstites,

pio parenticum lacrymis Poss.

Pie viator, pijs pie adprecare.

Vixit ann. LVIII.

Obijt x. Kal. Iunij, cio. 10. CVIII.

IN NAVI ECCLESIAE.

D. O. M.

IOANNES DV CARNE Attrib.

FRANCISCA COELEN Syluæduc.

coniuces ciuesque Antwerp.

ann. XLV. vna vixere.

cessere è viuis.

Ille æt. anno LXX. cio. 10. LXXX. XVI. Kal. Mart.

Hæc æt. ann. LXXXVII. cio. 10. XCIX. V. Kal. Nou.

Liberi verò Parentib. opt. monum. hoc mæstriss. Poss.

Eisdem tecum Viator paula post secutus.

D. O. M.

FRANCISCO DESPOMBERA VLX eimi

ac mercatori Antwerp. prouincia Artesia,

ex pago vulgò dicto *Ammeu*, non procul

ab

ab Vrbe Insulensi oriundo: ex generosa  
Pomeriorum familia, (qui olim cum Braban-  
tiæ Ducib. tum Artesiæ Comitibus belli  
domiq; strenue subservierunt) prognato,  
superstites liberi desideratiss. orbatu patre  
lugentes Poss. Obijt Antuerpiæ anno à re-  
demptione humana M. D. XVIII. VI. Ka-  
lend. Aprilis, v. relictis prolibus.

D. O. M. S.

CL. VIRO IOANNI A THIESSELINCK;  
Dauentriæ nato, Comit. Zutphanjæ & Lo-  
chemi Prætori, Leg. Germ. Præfecto, qui  
dum per annos xxx. sub imperio PHILIP-  
PI Regis gloriosissime militasset, Hultu  
apud Flandros in prima acie dimicans, vi.  
Idus Iulij M. D. xcvi. occubuit, vxor mæ-  
rens liberique cum lacrimis PP.

DEO TRINVSQ; S.

SALOMONIREMO Ioann. F. Patris Aug.  
Vind. qui negotiorum causa Antouer-  
piam veniens, post mensem morbo cor-  
reptus, nec plus triduo decumbens, placi-  
de animam Deo reddidit. Mater & fratres  
mæsti poss. Vixit ann. xxxii. Obijt vii.  
Kal. Nouemb. Anno salutis M. D. Lxiii.

Ante Sacellū collegi Dimicatorū

D. MICHAELI SACR.

Athletici collegij sodales vrbis præsi-  
dio constituti, Præfecto D. HENRICO  
BERCHMIO Equite aurato, hultis anni  
Consule primario, hanc gram D. Michae-

G

li

li cælestis militiæ principi sacram, picturis, statuis, his sedilibus, cæterisque id genus ornamentis, communi sumptu, multò quàm antea illustriorem reddidêre, anno à Christo nato M. D. LXVII.

D. O. M.

Insigni pietate & morum grauitate eximio viro MATTHÆO ORTELIO, M. Aug. Vind. qui cùm vitam egisset cælibem ann. LIX. ad superos migravit die XII. mens. Septembris, anno Christi M. D. LXIV. Defuncto hæredes mœsti P. C.

Ibidem.

Ex HENRICVS RANZONIUS, Regis Daniæ  
mar- in Ducatibus administrator,  
more. FRANCISCO AB HALLEN

D. in Drakenburg & Rintelem,  
ex equestri Brunsvicensium ordine  
nato, socero suo

hac in vrbe piè defuncto,  
Anno nimirum M. D. LIII. die XXVI. Sept.  
marmoreum hoc monumentum  
constituit,  
& iam secundùm belli tumultibus  
distructum, innouauit.

In magno Cœmiterio.

**A**rtis Apollineæ cultura insignis, & vsu  
Phœbei cultor carminis atque lyra,  
Pisano genitore satius, genetrice Zelanda,  
HUGO FAVOLIACAE sollicitudo domus.  
Actatis

*Aetatis bis sex anno post lustra secundo  
Conditur hoc tumulo, spiritus astra tenet.*

Obiit anno M.D. LXXXV. x. Augusti.  
Vixit ann. LXI. M. XI. D. XXIX.

## Honorarium.

D. O M.

CORNELIO KILIANO Dufflzo,  
constantis laboris

&

perennis industriæ,  
laude

ornato & amato viro.

L. ann. Plantinianæ typographiæ corre-  
ctorem gessit,

quàm fideliter, peritè, doctè  
ipso rogante libros, elegantiâ, nitore, famâ,  
æternæ artis primos.

Nec semper alienos tractauit, cùm & suos  
reliquerit;

Latinâ oratione disertus, versificatu fœlix.

Patriam quoque eloquentiam excoluit,  
cultumque eius & proprietatē reuocauit.

Obiit ætate, operibusque grauis  
M. DCV. Ipso Paschatis festo.

## Aliud.

**Q**uod fuerat, GHEESDALE, tui mortale,  
sepulchro.

Hoc iacet, at solus non tamen ipse iaces,

Quin quod habet sancti Libethrus & Helmus & Aon,  
Cirrhæque & æternis fontibus Aspera madens:



Omne simul tecum iacet hoc, GHEESDALE,  
sepulchro,  
Tot iuga, tot fontes, tam brevis urna tegit.

IOANNI GHEESDALIO Berchemio,  
Flandro, Poëtæ & Musico insigni,  
Max. Vrientius Poëta & s. p. q. Gand.  
à secretis amico Pos.

### DEVICTÆ MORTI.

**O**Mnia quæ diro solita es depascere morfu,  
Et multum horrida sternere cuncta manu,  
Nunc prostrata, occisa iaces, MORS saua, tuū nunc  
Imperium ablatum est, robur & omne tibi.  
Ausas es syderei natum tentare Tonantis,  
Et sacram demens sollicitare animam:  
Te mors illius victam pugnando peremit,  
Absorpsit duram (res noua) vita necem.  
Mirus conflictus, nunquam enarrabile bellum,  
Mors ubi MORTEM acri Marte, triūphat euans.  
Valde etiam hoc mirum, quod MORS prius omnia  
vastans,  
Iam facta est mundo vita beata nouo:  
Nil trepidate anima Christo quæ creditis, ultra  
MORS nulla est, tātum MORTIS imago manet.  
CORNELIVS SCRIB. GRAPHEVS  
Fac. & Poneb.

In Iconomachiam, an. 1566.

De geVsen hebben Den DVVeL In  
SanCta tVa ContaMinata & ConCVL-  
Cata IVnt.

IN

ET MONVMENTA ERABANT, 107  
IN D. IACOBI TEMPLO  
supra portam summi Chori.

SOLI DEO HONOR ET GLOR. ET AETERNA  
BENEFACITORIBVS HVIVS OPERIS  
MEMORIA.

Ante Christum crucifixum.

In cruce sum pro te, qui peteas desine  
pro me.

Desine, do veniã, dic culpã, corrige vitã.

D. O. M.

OBERTO DE LAZARIO,

Patritio Genuensi,

qui

Vitam coluit, vt mox eripiendam,

Virtutem amauit vt semper comitem,

nec

Illa brevis virtuti quicquam detraxit.

Hæc sibi sufficiens,

Vitam longiorem non amauit.

Amoris & mœroris mon.

DOMINICVS DE LAZARIO Frat.

L. M. P.

III. kal. April. Anno cdo. 10. cr.

MEMORIAE SACR.

Optimi viri STEPHANI LANGRITI, qui  
per an. xxviii. Ecclesiæ Bergensis ad Zo-  
mam Canonicus & Pastor, hæreticorum  
post factione in exilium pulsus, atque ad  
hanc Vrbem delatus, Parœciam S. IACO-  
BI summa cum animi equitate ac pari fide

Chori  
huius  
funda-  
mina  
iacta  
sunt  
anno  
1602.  
3. Non-  
Martij,  
procu-  
rante  
CL. V:  
D. Bal-  
thasare  
de Ro-  
biano  
Sena-  
tore An-  
tuerp.

administrait amplius decennio. Decessit  
 ægritudine subitâ annos natus duos & LX.  
 maximo suo apud omnes desiderio reli-  
 ctus v. Id. Octob. cId, Id, xcvii.

**Ibidem.**

EMANVELI HENRICO Præposito, Lu-  
 sitano Portuensi, viro clariss. animi inte-  
 gritate ac prudentia conspicuo, pietate  
 erga pauperes nulli secûdo, monumentû  
 hoc IOANNES MENDEZ HENRICVS pa-  
 truo mœstiss. heres P. C. Obiit iv. Kalen.  
 Martii, cId. Id. xcv i. Cùm vixisset ann,  
 LXX. M. V. D. V.

**D. O. M.**

ALVARO NONIO. LVD. F.  
 Nato an. LX. Denato v. Id. Decem. an. cId,  
 Idciii.

Philosopho & Archiatro,  
 Doctrina & virtute claro,  
 Principibus caro,  
 proluxa in omnes comitate:  
 Cui in vita nil carius, quâ aliis eam dare,  
 nihil in morte iucundius  
 quàm ad meliorem transire.  
 Vxor marito, liberi parentibus

**M. M. P. P.**

**Ibidem.**

SIMONI LHERMITE Armig. D. de  
 Bettinsart, huius vrbis senatori, & THO-  
 MÆ LHERMITE I. C. huic etiam Vrbi à  
 Magistratu, fratribus coniunctiss. familia  
 progna-

prognatis Eq. ord. præclaræque & ab antiquitate & à muneribus domi militiæque gestis apud Gallos memoriæ, quorum ille expleto ætat. an. LIII. Chr. c. 15. 15. LXVII. decessit postr. Id. Ian. Hic LIX. c. 15. 15. LXXX. IV. Non. Iunii.

Parentibus opt. mer. liberi mœsti PP.

## In SS. Sacramenti sacello.

D. O. M.

**H**ospes Viator, qui pedem huc refers tuum,  
*Subsiste quas paululum, atque respice,  
 Ut cuius istud sit monumentum, intelligas.*  
 Hic è regione conditus est GISLENIUS  
 AB ASSELIERS, cui patria quidem fuit  
 Bruxella: sed is muneribus hic publicis  
 Antuerpiæ, cum laude summa & gratia  
 Functus per annos plus minus octodecim,  
 In dignitate huius rei ipse publica  
 Feliciter versatus, obiit annum agens  
 Nonum atque quinquagesimum, decima die  
 Ianuarij, superstitè coniuge ipsius  
 Cum quinque liberis, qui eidem & sibi  
 Et posteris pia posuere memoria.

Anno à Christo nato M. D. LIX.

D. O. M.

CLARÆ SPINVLÆ

coniugi, genere, pudicitia, fœcunditate  
 claræ,

Nicolam Sinori Patrit. Genuens.

H. M. M. P.

G 4

Obiit

Obijt v. Kal. Sextil. c. 12. 13. XCII.

v. A. XXXII. M. VI. D. XIII.

D. O. M.

FELICI MEMORIAE

CATHARINÆ BOOT,

quam virginem vitta vinxit

Integritas.

Pudicitia nationarum insula,

GUILLIELMO BERDINX

coniugem coniugi probauit

VIDUAM ab an. ætat. XVII. ad vsq; XLVIII.

Vniuiratus gloria,

rarum iuuenilis sanguinis decus

posteris commendauit.

Deiit xi. April. A. s. M. D. CIX.

D. O. M. S.

ANTONIO VELLVTI Petri F. Patrit. Flo-

rentino, summæ spei inueni, qui cum om-

nia magna à se expectanda iam signifi-

casset, insidiosa febricula præmatura mor-

te præreptus est, relicto sui desiderio ma-

ximo, cognati mœstiss. Poss. Vixit annos

XXXVII. M. II. Obijt prid. Kal. Decembris

c. 12. 13. XCIII.

Ibidem.

Humaniss. omnique virtutum genere

ornatiss. mercatori D. GABRIELI

MAYAE L. Cisalpino, patritio Aug. Tauri-

norum, parenti opt. mer. M. IACOBVS &

Bernardus Mayael FF. mœstiss. pietatis ergo

f. c. obijt v. Id. Iulij, M. D. LVII.

Hac

*Hæc natæ cineres genitoris condimus vrnâ,  
Iuit ad æthereas spiritus ante domos,*

D. O. M.

PETRO HELLEMANS Arnoldi F. Viro<sup>Ex</sup>  
optimo ac publico eleemosynæ distribu-<sup>mar-</sup>  
tori, & CATHARINAE A SANTVOORT,<sup>more.</sup>  
*Guiliel. F. eius coniugi, lectiss. fæminæ, qui*  
cum in multis tam morum quàm fortunæ  
ornamentis, nullo ex XII. liberos quos su-  
sceperunt prædefuncto, concordēs vnâ  
vixissent ann. XXXVIII. ex hac vita abie-  
runt, hic VIII. Kalend. Maij, An. sal. CIO.  
IO. LXXXI. Illa verò IV. post mariti obitum  
liberis orbata XIX. Kal. Feb. anno sal.  
CIO. IO. XCIII. Liberi superstitēs here-  
desq; PP.

*Pijs animabus bene precare.*

### Ante idem Sacellum.

M. PETRO A WESENBEKE, primùm Se-<sup>Ex</sup>  
cretario, deinde præclaræ huius vrbis Se-<sup>mar-</sup>  
natori, ac D. Barbaræ Kiels eius coniugi<sup>more.</sup>  
suauiss. quorum hæc cum vixisset ann.  
LXII. obiit XIX. Octob. M. D. LII. Ille verò  
ann. LXXV. decessit XVIII. die Feb. anno à  
Christo nato M. D. LXII. Chariss. parenti-  
bus è regione sepultis hoc mon. liberi  
dolentes poss.

Iconoclasie tempore mutilatū AEGIDIVS  
GERARDI AEGIDII F. Consul Vrbanus  
Anno Auiæque maternis. A. C.

G 5

D. O. M.

D. O. M.

LANCILOTO DE ROBIANO

IO. A. F. Lugani ad Alpes  
nato, hic mercatori,

FRANCISCA DE RENIALME

M. Car. F. coniugi amantiss.

& liberi communes  
parenti desideratissimo  
sibi que ac posteris

H. M. M. P.

Vixit ann. LXV. Obiit

v. Non Maii, Anno sal.

CIO. IO. LXV.

*In B. Virginis Sacello.*

D. O. M. S.

ET PIAE MEMORIAE

ANTONILE MVET, nobili apud Diuio-  
nenses familia oriundi, & CATHARINÆ  
SALMON nobili Machl. quorum hic ætate  
LXII. x. Kal. Decemb. CIO. IO. LXXXIV.  
Illa dum vixisset xxxvii. ann. xviii. Kal.  
Octob. CIO. IO. LXXIX. ab hominibus de-  
migravit.

ANTONIUS LE MVET F. opt. parentib.  
sibi posterisque P. C.

D. O. M. S.

ET MEMORIAE

IACOBI GHENTI I. C. in hac vrbe cau-  
sarum patroni disertiss. CAECILIA SAL-  
bos liberique, illa cōiugis, hi patris cariss.  
hunc titulum & tumulum M. P. C. Vixit  
annos XLIX. M. IIII. D. XXII. Mortuus

A. D.

A. D. CIO. IO. XCI. XVI. Kal. Ian.

*Victurus post aternitatem aternam.*

H. M. H. S.

## Honorarium.

**H**ospes, quod dico paullum est, asta ac pellego.  
Bonis probatus, osus sum nullum probum.

Legum peritus, Iuris ac morum sciens,  
Stylo atque voce creperis ad sui reus,  
Dum Morta, quos praescribier non est quitum,  
Mibi supremam dixit & duxit domum.

Sic ego denatus, heic quiesco, heic sum situs,  
Manens benignam Iudicis sententiam:

Quod vix potenti provocas ab Numine  
Ore ad labora, ac Manibus meis bene  
Precare. Tantum est. Illicet. Aetatem vale.

Hospes manes meos ne laede,  
Vivus laesi neminem.

S. T. T. L.

Patri opt. bene de se mer.

IOANNES GHENTIVS F. lacrumans Pos.

## Ibidem.

AMBROSIO MONGARDÆ Italo Cifal-  
pino, Vitriariae artis Cristallorum apud  
Antuerpianos magistro, SARA VINCE  
coniugi cariss. sibi posterisque suis F. C.  
Qui obiit die x. Septemb. A. D. M. D. XCX.  
dum vixisset ann. LVI.

D. E. O. M. A. X. S. A. C. R.

D. IOANNI DECVELLAR Segubiensi, Ex  
& D. CLARÆ PELS vxori suæ, nobili-  
bus ac piis heredes moesti Poss. & pro-  
animarum



animarum refrigerio quotidianum missæ  
sacrificium in hoc Sacello D. Virgini  
sacr. constituere. obiit ille Audomaro-  
poli Arthesiæ, ibique sepultus XII. Octob.  
Anno Domini c10. 10. LXXXIII. Hæc ve-  
rò Antuerpiæ XIII. Sext. an. M.D. XCIII.

DEO O. S.

Ex

mar-  
more.

Quæ Viator cernis hic condita ossa, D.  
DIDACI A SCOBAR sunt, patria Cordu-  
ba, ingeniorum mater & alumna. Ille  
tranquillam Hispaniam linquens Bel-  
gium adiit bello agitatum. Vir egregius,  
summa fortitudine XXVII. stipendiæ me-  
ruit Tribunus primipilaris coh. Dux, ac  
Dunkerckæ apud Flandros Præfectus desi-  
gnatus. Hæc ex suo voto. Dum verò otium  
domi meditatur, mors Vulturia (ah) rapit.  
Cariss. & concordi coniugi D. CLARA DE  
CVELLAR mœstiss. hoc monumentum  
cum lacrimis Pos. obiit die VII. Mens.  
Decembr. c10. 10. XCIII.

Ibidem.

*Humiles alta iuuant.*

IOACH. AXONIVS Grauianus, I. V. D.  
Principp. N. N. a consiliis maritimis, Bar-  
bara de Mangalaerensis vxor, Magnus V Vanbe-  
rus Gasparis & Barbara prædictæ F. mortalita-  
tem exuti, hic quiescunt, dum immortalita-  
tatem induant.

Obierunt Antuerpiæ,  
Ille VIII. kal. Sept. Ista post paulò VI.  
kal.

ET MONVMENT. BRABANT. 109  
kal. Octobris, an. Christi 1515. 15 CV.  
Hic v. Idus Octob. anno 1515. 15 CIV.

Defunctis bene apprecare.

HADRIANVS MARSELARE genero,  
cum Margareta de VVyse Magni præclara vi-  
dua, piam memoriam procurante.

IN NAVI ECCLESIE.

AD MEMORIAM NOBILIVM  
ANNAE BRAYAE,  
D. de Granne, filiiq; MICHAELIS  
MARTELLI, D. de la Chap-  
pelle, Parisiensium.

**C**onditur hoc anus ANNA loco cognomine  
BRAYA,

*Religiosa, grauis, casta, modesta, sagax.  
Hac eleemosynis studiosè fouit egenas.*

*Larga manus multis eius opemque tulit.  
Dedita quæ precibus, quæ sanctis dedita votis,  
Omnibus addicta est officijsq; pijs.*

*Lectio librorum placuit cui crebra piorum;  
Nocturnus labor hic atque diurnus erat.*

*Neue mori possent mortalibus, addita calo  
Tot bona, cum domina conciderentque sua,  
Virtutum heredes clarissima pignora liquit,*

*Cæptus vt hic cursu perpetuo trames eat.  
Hinc matris tumultum MICHAEL MARTELLE  
subsisti,*

*Hospes in hoc pariter iam profugusque loco.  
Parisys olim summo qui functus honore,  
Contigit & digno digna corona viro.*

Hos

*Hos peperit studijs populoſa Lutetia mater,*

*Omnibus eximijs nobilitata bonis.*

*Virtutum egregijs meritis cumulatæ vterque,*

*Romana fidei cultor vterque tenax.*

*Sit benediſta domus virtutibus inclyta tantis,*

*Ditior exemplis vix fuit vlla bonis.*

Obijt ANNA anno Chriſti c13. 13c1. IX. Kal. Maij.

MICHAEL vetò an. Domini c13. 13c11. Die 11. Iulij.

*Du monde la grandeur ne ſe trouue eternelle,*

*Tout ſe change icy bas d'une inconſtance iſnelle,*

*Le bonheur & malheur ſ'entrefuient germains.*

*Ceux qui giſent dormans ſouz c'eſte pierre dure,*

*Ont bien peu teſmoigner ſa muable nature,*

*Autant & plus, hélas! que nuls autres humains.*

**Ibidem.**

IACOBO SCEPPERIO Gandenſi, Philoſophiæ & Medicinæ Doctori, Patri opt. liberi mœſtiſ. pietatis ergo hoc monumētum Poſſ. Obijt Kal. Nou. c13. 13. 11xc.

**Ibidem.**

*Hic me qui patriam, qui limina chara reliqui,*

*Complexuſque patriæ, preſſit acerba quies.*

*Incertos hominum caſus hinc diſce viator,*

*Me Inſubrem genitum Belgica terra tenet.*

Dicor ALEXANDER PVRISSELLVS, mihi nomē

*Quod Mediolanum patria chara dedit.*

IOAN. BAPT. filio dilectiſſ.

Obijt anno M. DLXXIV. III. Id. Martij,

Actatis ſuæ XXIX.

**Ibidem.**

Nobili ac ſtrenuo adoleſcenti, IOAN.

IACOB.

ET MONVMENTA BRABANT. III

IACOB. SCHENCKH A STAVFFENBERG  
&c. in regis Hispp. obsequio iuxta Bergas  
ad flumen Zoom, xxviii. Septemb. æneo  
tormento in vtramque tibiam traiecto, &  
ex eo vulnere tertio ab eo die, anno cio.  
10. LXXXViii. extincto, pietatis ergo con-  
terranei H. M. P. C.

D. O. M.

Insigni probitate viro, M. IOANNI  
GODSCHALCO Neocesiano, bonarum  
artium scientia summè prædito, optime-  
que de iuuentute Antuerpiensi merito,  
*Ioanna vanden Brule* chariss. eius vxor desiide-  
ratiss. marito, optimique liberi honoran-  
do patri dolentes Poss. Vixit ann. circiter  
LXiii. obiit An. M. D. LXXI. Iii. Id. Iunii.

*Sub lapide hoc dormio, in Christo lapide viuo.*

D. O. M.

GEORGIO VEKEMANS Antuerp. ciui  
integerr. Quæstori & ab eleemosynis Rei-  
pub. plerisque aded ciuilibus perfundo  
muneribus: pietate, eruditione, morum-  
que comitate singulari, & BARBARÆ  
PLANTVINÆ coniugi castiss. in religione  
maiorum atque immortalitatis spe ac-  
quiescentibus, liberi monum. hoc sibi que  
ac posteris piis cum lacrymis P. C C. Vixit  
ille ann. LXIIX. Decessit anno sal. cio.  
10 CII. Iii. Non. Mart. Hæc verò . . .

. . . . . Annos nata

*Viator, mortui memor*

*Horum animabus bene precare.*

*Ibidem.*

Ibidem.

GASPARI ROVELASCA

Ex domo Mediolanensis, tritauis ibidem claris,  
mar. natomore. Antuerpiæ urbium urbe,  
quam Consul difficillimis temporibus. feliciter rexit.Patre *Hieronymo* viro præstante,  
Matre Ioanna van Valckendael  
præclarâ inter Ultraiectenses stirpe.

Denato

A. CIO. ICVII. cum ann. esset LXXII.

Nec non *Elisabetha van Kestelt*,  
quæ ann. LII. deuixit an. CIO. ICXVIII.  
coniugibus ad ann. XXXIII. concordibus.

Parentibus bene meritis

IOANNA &amp; ELISABETHA

liberi heredesque

mœsti poss.

D. O. M.

Et

IOANNI ROOSE stirpe Flandris orro,  
cuius amissi extremum mærorem dilectissima coniux MARIA VAN KINSCHOT  
vnaque liberi huic lapidi impresserunt,  
Obiit ille LXX. III. Id. Decemb. anni  
Christiani. MD CX. Hæc verò

D. O. M.

DIOGO DE PINA Lusitano, viro integerr. qui veram quietem toto vitæ curriculum quaesivit, Antuerpiæ tandem inuenit

III.

ET MONVMENT: BRABANT. 113  
 III. Non. April. M. DCXII. Cum vixisset  
 ann. LXIV.

*Bene ut quiescat, apprecare.*

D. O. M.

Honestiss. matronæ MAGDALENÆ DE  
 GREVE Guilielmi F. quæ vixit ann. XLIV.  
 obiit die XII. April. Anno Christi M. D.  
 LVIII. CAROLVS DE COCQUEEL dulciss. à  
 secundo thoro coniugi, nec nō & sibi post  
 morituro adhuc dū viuens Pos. Ipse vixit  
 ann .... defunctus vitâ die ... an. Christi.

D. O. M.

MAGDALENÆ SANTINÆ matronæ pu-  
 dicitia, fœcunditate ac religione insigni,  
 FREDERICVS SAMINIATI Patrit. Lucen-  
 sis vxori incomparabili mœstus B. M. P.  
 Vixit ann. xxx. M. II. Rapta est anno c. lō.  
 Iō. xcii. xii. kal. Decemb.

D. O. M.

BARBARÆ MVDEÆ, D. Gabriëlis i. c.  
 clariss. F. AVGVSTINVS ARBARA Ianuen-  
 sis coniugi chariss. æuo florente humanis  
 creptæ mœstus lugensq; P. obiit an. Chri-  
 sti M. Iō. xxcv. vii. kal. Febr.

Ibidem.

MERCT.

*Vie rust hier door de Doot subiect? (presen Fuit*  
*T'is GVILLIAM PALVDANVS beltsnyder ghe- hic la*  
*Int leuen, ouvt ontrent L. laeren perfect, mo-*  
*Sterff den II. Meert soo elck mach lesen, sus sta*  
*Gods vvil door Christum syn salicheyt vvesen. tu-*  
*rius.*

M. D. LXXIX.

H

In

## In Sacello S. Crucis.

Per crucem CHRISTI sacrosanctam,  
restituta generi humano salute, quam ve-  
teris ævi patres sperauerunt, posteris cre-  
diderunt, Martyres confirmarunt: à D. HE-  
LENA inuentam, à CONSTANTINO AVG.  
adoratam & exaltatam, hac tabula expref-  
sam, ornari hanc aram IVDocus RO-  
BYNS, Dominij de *Borgerhout*, aliarumque  
huius vrbis ditionum Drossardus, vir mi-  
litaris, qui ordines pro Principe nostro  
duxit, & ELISABETHA A DORNHOVEN  
eius vxor, in fidei suæ & pietatis testimo-  
nium impensis suis curauerunt, An. cIo.  
Io. cv.

## IN TEMPLO D. ANDREÆ SACR.

IOANNI STEINIO Germano, Græcæ  
Latinaque linguæ, omniumque artium, &  
inprimis Mathematicarum disciplinarum,  
ut ipsius scripta testantur, peritiss. præma-  
tura morte surrepto, ANTONIVS SECVN-  
DVS FVGGERVS propter doctrinam &  
virtutem hoc M. F. C. obiit an. M. D. LXXVI.  
xvi kal. Maij.

## CHRISTO SVSCITAT. SAC.

Icono GEORGII VESELERI, Imp. CAROLO  
classis v. Aug. & PHILIPPO Regi Brabantia Du-  
vasta cib. à moneta primarij, quo munere ann.  
runt, xxv. functus est. Vixit LXXVII. Decessit die  
xvi. Octob. An. sal. cIo. Io Lxx.

MAR-

ET MONVMENT. BRABANT. XII

MARGARITÆ BOGHE

Eius vxoris, quæ cum marito fuit ann. LII.

Literato etiam geniali cōiugio. Vixit LXXV.

Expirauit die xx. mens. Sext. An. salut.

CLC.IC.LXXV. Heredes mœsti B.M.M. Poss.

RES AGITVR, VIATOR.

*Rerum auctore iubente perit mortalitas,*

*Vt consumpta immortalitatem induat.*

Mortale suum hic deponi voluit.

IOANNES DE PAPE I. C.

E clara & antiqua apud Alostanos prosapia

Parentes habuit

IACOBVM & ISABELLAM SWEERTIAM

nobilem & patritiam Bruxellensem,

patriam verò Antuerpiam

Huic annos L. Senator præfuit

ætate, & isto in ordine diu primus.

D. Margarete Austriæ pluribusq; Principp.

ob legationes crebro ac præclare obitas,

bonisq; imprimis omnibus charus.

Hæreticorū perduellione carceri traditus,

dum labentem patriam consilio sustinet

Consiliarius optimus,

Iudex æquissimus,

(Et

Vivere desit fracto corpore, animo infra-

Ætatis anno LXXXI.

A nato Christo M. D. CXILV. Idibus Iulij.

HYBERTINA BAERT marito superstes,

IOANNES, IACOBVS, IV. Licent.

ANNA & FRANCISCVS liberi,

Illā viro, hi parent. opt. lugentes. PP.

*Aeternum vt viuat, apprecare Lector.*



**IACOBO TVTORI, cognomento  
DE VOOCHT, CL. vrb. Antuerp.  
oratori Pensionario, Legum  
Professori meritiss.**

**T**UTOR ego hac recubās cōdor bene tutus in vrbā,  
Hic tuti cineres ossaque tuta iacent:  
TUTORI cognomen erat, cognominis huius  
Belle quadrarunt resque sonusque mihi,  
Pupillos, viduas, inopes, turbamque piorum  
Tutatum iuui resque animoque, lubens.

*Me vitæ integritas, Candor, Pietasque Fidesque  
Fecere illustrem laudibus immodicis.*

*Hinc multa accessit rerum experientia, sandi  
Gratia, Sedulitas & Probitatis amor,  
Sanctæque Religio & legum prudentia, prastans  
Et forma & dotes corporis eximij.*

*Orator varias accessi sæpius Vrbeis,  
Notus eram Ducibus, notus eram populis.*

*Vexauit longas me dira podagra per annos:  
Pleuretiis tristi sustulit exitio.*

*Pondere iam posito curarum, tutus in alta  
Subducor tandem sidera. Terra VALE.*

*Decessi IIII. kal. Feb. an. Christi M.D.XLI.  
cū vixisset ann. LXIIII.*

ÆVITERNITATI. S.

**Marmo  
reus tu-  
mulus.**

**Monumentum hoc habet  
CORNELIVM VAN EECKEREN**

**Equitem Hierosolymitanum,  
Monetæ Regiæ Præfectum & Curatorem.  
Quæ munia integrè & cum laude obiit.**

Atque ipse obiit An. Christi CIO. IO. LIX.

Ætatis suæ LXXII.

Habet &

ROBERTVM VAN EECKEREN

Cornelij sanguine & Virtute Fil.

qui Præfectus item monetæ,

& vrbi ab eleemosynis,

Vt fama sic æuo compar Patri,

Obijt anno ætatis suæ LXXII.

Christi M. D. XCIX.

PRECARE LECTOR. QVOD PRECARI ALIOS  
TIBI PRÆCERIS, ISTIC SIS IES.

In sarcophago.

CORNELIO VAN EECKEREN V.C. Equi-  
ti Hierosolymit. Mon. reg. Præfecto & Ae-  
dili, ROBERTVS VAN EECKEREN Patri

opt. sibi & suis P. C. Obijt ille An. CIO. IO.  
LIX. Aetatis LXXII. Iste verd anno CIO. IO.

XCIX. VIII. Mart. Aetatis LXXII.

IACOBI LONGELINGI Antwerp.

Duc. Brab. Mon. Præfect.

TVMVLVS.

**Q**ui statuis animam, mirabilis, indidit ipsis,  
Phidia & arte potens, Praxitelisve fuit.

Epita-  
phiu  
hono-  
rariu.

Hesperijs qui notus erat, qui notus Eois

Regibus & gratus, Principibusque viris:

Atque Ducali ideo præfectu ritè Monete,

Qui laudæ egregia munus obijt idem:

Ergo mori IUVENIS potuit, vel debuit ille?

Qui æquavit veteres Dadala in arte Viros?

*Perpetuaque fuit dignus florere iumentis?*

*Vivere & Artificem are perenne magis?*

*Ab! iacet ille tamē IVVENIA madō pulvis & vmbra.*

**VIVÉ BENE.** Omnia sunt Vana, caduca, nihil.

Vixit ann. LXXV. M. VI. D. X.

Deiuxit vlt. Maii, An. CIO. IO. CVI.

Michael vander Haghen amico opt. Pos.

D. O. M. SACR.

V. N. IACOBO ROELANS I. C.

cl. honore cum honore defuncto,

Probis amicissimo,

Improbis odiofo,

Vt vixit omnibus desiderato.

Vidua & liberi illa marito,

hi parenti H. M. P. C.

Obiitix. Kal. Novemb. CIO. IO. XCI.

Cum hic vixisset annos LXII.

D. O. M.

Reuer. D. IOANNES BORIVS Amsterodam.

& ciuis & Pastor,

huius deinde Ecclesie in eadem functione  
per tredecim annos meritissimus;

pridie quā aetatis suae an. LXIII attingeret,

XIII. Kal. Febr. CIO. IO. CIV.

Oves suas cum vita deseruit,

Resurrectionem beatam hic expectans.

MEMORIAE

OCTAVI DE SVCCA Antwerp.

Castri noui in Sabaudia

familia antiqua & nobili

Sollerti oriundi;

Illi requiem precare.

ANTO-

ET MONVMENTA BRABANT. 119

ANTONIVS DE SVCCA opt. fratri  
mcerens pos.

Obiit anno CIO. 12. CV. XVI. Kal. Sept.

IN D. GEORGII TEMPO.

**H**ospes, quid sim vides,  
Quid fuerim nosti,  
Futurus quid sis cogita.

IN D. MARIAE SACELLO.

**N**atus eram Christo moriente, sed vltima nato  
Pro nobis lucem terminat hora meam:

Scilicet humano generi per funera, vitam

Perpetuam Christi conciliauit amor.

Et fuit illius per vitam mortis adempta

Conditio aeterna. magnus vterque dies.

O mihi corporeo reſerato carcere, tecum

Chriſte mori liceat, Viuere Chriſte mihi.

GABRIEL VANDER NEESSEN I. V. L.

Parentes mœſtiſſimi PP.

Obiit anno CIO. 12. LXXXVII.

IN SVMMO CHORO.

Sepulchrum nobilis viri D. IOANNIS  
HAPPAERT, Equitis aurati, qui poſt Con-  
ſularem ac Senatoriam dignitatem per  
XLIII. annos in hac ciuitate ſumma cum  
laude geſtam, moritur XXI. Nouemb.  
Ann. M.D.LXI.

Ac D. VRSVLAE DE LEVGENHAGE eius  
coniugi, quæ deceſſit III. Octob. CIO. 12.  
XXXVI.

Item ÆGIDII HAPPAERT eorum F.

H 4

qui

qui patri in Senatoria dignitate succedens  
eaque per xxx. ann. integerrimè functus,

Obijt An. c. 15. 15. xci. 11. Aug.

IACOB VAN ROYEN D. De Paddefschot

F. eius Vxor moritur Ann. c. 15. 15. lxxx.

vi. Iulij.

D. O. M. S.

Quā fors vitæ, & virtutis sit varia, Viator, ex me disce.

Sum BALTASAR VAN VLIERDEN hīc sētus.

Vetustā ac nobili Taxandriæ natus profapiā.

Florentem me spectauit ANTVERPIA Senatorem

Dum staret ipsa florens, fida Principi, ac Deo.

Quā mox oppressā perfidis Nouatorum factionibus;

Idē me inuoluit casus, corpore, nō animo, succūbētē:

Vt quem non biennij carcer, non repetita tormenta,  
non mortis minæ,

Non promissa flexēre à fide in Patriā, Regē, ac Deū.

Donec miserante Numine, verā rerum vice,

Reductis in Urbē victricibus, Alexandri Farnesij signis

Ipsa, vt luctum posuit, illico & me consortem

Restitutæ voluit libertatis & lætitiæ suæ.

Quā suggerente, posito squallore carceris, iussu Ducis,

Clangēte tubā, spectante populo, bonis gratulātibus,

Cū gloriā reductus sum in domū atque Curiā,

Delatis insuper Consularibus nec opinatō fascibus.

Verūm, arduo hoc in agone exhaustis viribus,

Decessi æt. an. LV, Chr. M. D. XCI XVII. Kal. Iun.

Te sperans spectansque Magne DEVS, mercedem ma-  
gnam nimis.

Coniugem habui CATHARINAM VAN DELFT,

Ex nobilibus Toparchis de Gysenborch & Nijker-  
ken oriundam,

Atque huius vrbis pridem è Senatoribus:

Fide in virum, vitæque non degenerem.

Quæ obijt an. M. D. XCIII. XVI. kal. Maij æt. XLV:

Liberi substitutes iussu

HENRICI VAN VLIERDEN fratris sui

Præfeti turmæ equitum,

In Hūgaria, dū strenuè pro Christo pugnat, interfecti,

Mon. hoc causæ. parentibus. P. C.

D. O. M.

D. O. M. SACR.

PETRO VANDER GOES mercatori, & Tu-  
 olim huius Reipub. ab eleemosynis, eius-  
 que coniugi ALEXANDRINÆ BALBANI <sup>mu-</sup>  
 matronæ lectiss. quorum ille laboribus <sup>tu-</sup>  
 huius vitæ LXVIII ann. Hęc autem LXXXI. <sup>mar-</sup>  
 perfuncti, donec corruptibile hoc incor- <sup>mo-</sup>  
 ruptionem induat, hunc sibi, hæredibus <sup>reus.</sup>  
 posterisque suis quietis locum delegerūt.  
 Tu qui legis, huic cineri bene apprecare.  
 ita posteri tibi.

Ibidem.

**P**atria mi Kyeldrecht nomēq, ANTONIVS, illic  
 Progenies LAMMENS non inbonora fuit.  
*Gandauum iuuenis fratrum mittebar ad ades,  
 In studijs Latijs instituendus ibi.  
 Louanium veniens, titulosque gradusque recepi,  
 Et tandem mittor, Christe, ad ouile tuum.  
 Pastoris curas (hac namque vocatio nostra)  
 Annos terdenos plusve minusve tuli.  
 Nunc veniam rogo, requiem da Christe perennem,  
 Luceat inque auum lux adamata mihi.*

DEVS IVDEX EST. Psal. XLIX. &amp; LXXIIII.

Ante suggestum.

Clariss. & doctiss. Viro D. IOANNI EN-  
 GELSTEDE Lubec. Imperialis ciuitatis  
 Lubecæ Notario laud. & post Senatori di-  
 gniss. inter ardua Reipubl. negotia, quo-  
 rum causa legatus huc venerat, rebus hu-  
 manis piè exempto, gloriosæ resurrectionis  
 & beatitudinis spe hic quiesceti, mari-

H 5

to

to opt. dilectiss. GESA MEYERS coniux  
pia mœstiss. FF. Vixit an. XLVIII. obiit an.  
• Domini CIO. IO. LXXIX. Die XXVII. Fe-  
bruarii, horâ VIII. vespertinâ.

### Resurrectioni sacrum.

PETRVS ROBYNS & BARBARA DE  
WINDELE coniuges, quos singularis a-  
mor & concordia coniunxit, hoc condi-  
tumulo voluere. O beatam mutui amoris  
constantiam!

CIO. IO. CXIII.

### Ibidem.

RESURRECTIONI SACR.

### Gemini.

Frater & soror hic iacent,  
mundum theatrum immundum,  
Vix ingressi, citò egressi:  
illum in matris vtero,  
hanc bimulam MARIAM  
Mors abstulit

CIO. IO. CIII. VIII. kal. Septemb.

BALTHASAR DE SMIT,

Et

IOANNA VAN EECKEREN  
parentes mœsti.

HOMO CERTÈ BVLLA.

IN VENERAB. SACRAMENTI SACELLO.

TRINVNO SACR.

CATHARINÆ DE SMIDT

&

MARIÆ PAPENBROECK

Vxori-

Ex  
mar-  
more.

ET MONUMENTA BRABANT. 123

Vxoribus dulciss.

Similibus moribus, simili fine,

Queis matres fieri mors fuit,

Prolibus ah! vna raptis.

MARTINVS STEVRBOYT

omni solatio orbis

H. M. P. C.

Tu viator qui transis, precare  
vt quam vitæ quietem amarunt  
æternum fruantur.

Obiit illav, Id. Febr. clō. Io. c.

Hæc verò IIII. kalen. Mart. clō. Io. cv.

Ibidem.

ROBERTVLO DE HENNIN, infanti pe-  
ne bimestri, cūm diem vitæ vltimū obii-  
set IIII. kal. Mart. clō. Io. LXXVI. Paren-  
tes mœsti memoriæ ergo.

IVXTA BAPTISTERIVM.

PIÆ MEMORIÆ DICATVM.

**V**iator, heu resiste, rem tuam loquar,  
Aut id quod esse non neges in rem tuam.

De morte sermō est, mortuisque. Cogita

Et hoc tibi fore. Serio sic cogitas,

In rem tuam, quod esse dixeram, tenes,

Et melior hinc abiueris, quàm veneras.

FRANCISCVS SWEERTIUS, GERTRVDI

VAN 'OS VXORI OPT. CARISS. POS.

DEIN' ET SIBI. NEC NON VXORI SE-

CVNDÆ ISABELLÆ DE SORBERVEQ. VT

QVISQ. AD MËTAM VENERIT. SED ET

FILLIS POSTERISQ. SVIS.

Nam



*Nam longus ordo est. Hos & illos subsequi  
Lex summa iussit. Fata quis homo vicerit?  
Que non timere si voles, semper time.*

MISERATOR DEVS MISERERE.

Obiit Gertrudis an. CLO. IO. XCIIII. XII.  
kalend. Nouemb.

Obiit Franciscus

Obiit Isabella

*In sarcophago.*

FRANCISCVS SWEERTIVS

Et

GERTRVDIS VAN OS

humanæ fragilitatis memores,  
spe indubia resurrectionis suæ,  
sibi suisque

H. M. F. C.

An. M. D. XCV.

TERRA TEGIT TERRAM.

Ibidem.

Tenerrimis manibus pulchellulæ heu!  
nuper puellulæ FRANC. SWEERTIÆ.

**I**mmatura Deo melioribus vttere fatiis,  
Desisti terris viuere, viue polo.

Illa tui melior pars cœli transualet orbes;

Quod reliquum, in terris molliter ossa cubent.

Commissum pignus tellus cape: terra puella

Ne grauis esto, grauis non fuit illa tibi.

Tu quoque qui venies spectatum busta viator,

Paucula in exiguo marmore scripta legas:

Parua sub exiguo iacet hoc FRANCISCA sepulcro,

Demidium matris, demidiumque patris.

Delitium matris, delitiumque patris.

FRAN-

ET MONVMENTA BRABANT. 125

FRANCISCVS SWEERTIVS F. ET SUSANNA VAN ERPE inuerso naturæ ordine contravotum Poss. obiit c. 10. 16cxii. 11. kalen. Mart.

*Qui iacet in cunis, incipit ille mori,  
Qua iacet in tumulo, desinit illa mori.*

IN VNC ET VIRIDI FINE IVENTA.

**Ibidem.**

Monumentum M. THEODORI DVSSILVI,  
viri à moribus, studijs, ætate grauis.  
Herentalij, & in vrbe vrbium Antuerpiâ,  
iuuentutem, qua literis, qua moribus  
L. annos instituit.

quàm bene, testabitur qui optimus,  
qui doctissimus in ista vrbe  
Decessit xvi. Febr. A. c. 10. 16cx.

D. O. M.

Nobili & claro Viro

DOMINICO RAYMONDI

Vxor mœstiss. & liberi

PP. mœsti.

obiit xv. kal. Iunii, an. salutis

M. D. C. V. ætatis suæ secundo

supra quinquagesimum.

Perpetuum viuat.

**Ibidem.**

Resurrect. Christi sacrum.

GVILIELMVS MASIVS ANTONI F.

ciuis & incola Antuerpiensis

eleemosinarij, subsidiorumque

quæstoris munere modò perfungens,

MAR-

MARGARETA VAN NIEUWENHUYSEN

Vxori suæ chariss.

ex nobili stirpe prognata,

cum lacrymis P. C.

clausit hæc diem extremum

Saluatoris an. M. DCX. X. Octob.

Ille verò . . . .

Pie Lector, vtrisque bene precare.

**Ante templum in monumento  
instar Sacelli.**

Venerando seni ARNOLDO SCHOTT,  
huius vrbs à multis vsque annis Senatori,  
vixit ann. LXXX. Decessit die XXI. No-  
uemb. An. M. D. XLVIII. In publica verò  
functione LII. Itemque pientiss. eius con-  
iugi MARGARITÆ LODOVICI, quæ vi-  
xit ann. LXXIV. Obijt die XIII. Nouemb.  
M. D. LVII.

Superstites liberi, desideratiss. parentib.  
sibi quæ & posteris Poss.

**IN D. MICHAELIS ABBATIA,  
Ordinis Præmonstrat.**

**A**ntiquitatis amantibus damus hic PRÆ-  
MONSTRATENSIVM apud Antuerpienses  
Originem, ex vetustissimo codice descriptam, quem  
communicavit Reuer. in Christo Pater & D. DIO-  
NYSIVS FEYTENS Abbas. Nymus delicatior, qui  
omnia ad AVGVSTI sæculum exigunt, scio non sa-  
pient ob verborum scabritiem, & genus orationis ex-  
angue atque aridum. Sed meminerint illi, quod ab  
alijs rerum, ab alijs verborum doctrina sit querenda.

Et

*Et, quod historia omnium aetatum auctores & ferat  
& desideret.*

IN NOMINE S. ET INDIVIDUÆ TRINIT.

**E**GO HILDOLFVS Præpositus S. MICHAELIS in Antuerpia, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum, qualiter præfata ecclesia nostra ad vsus Canonorum Præmonstratensis ordinis transierit, & qua de causa assensu Capituli nostri eis data fuerit, præsentis scripti attestacione notificamus. Cùm in diebus nostris quidam hæreticus Tanchelinus nomine in partibus nostris aduenisset, & venenoso sermone à fide & à Sacramentis Ecclesiæ plurimos auertisset: hac de causa, vt illa hæresis (quæ prouinciam nostram occupauerat) funditus extingueretur, consilio Domini BURCHARDI Episcopi & totius populi, & assensu Capituli nostri Dominum NORBERTVM, Virum nostris temporibus spectabilis religionis accersiri curauimus, eique ac suis fratribus regulam B. Augustini seruantibus, suamque institutionem exsequentibus, supra dictam Ecclesiam cum capellis in eius cœmiterio fundatis & tribus curtilibus & iugero terræ eidem cœmiterio adiacentibus cum IIII. præbendis, per manus memorati Episcopi tradidimus, circumspeditione vigilēs digneque perpendentes, quod eorum saginaremur orationibus & bonis spiritualibus, si eos sustentaremus beneficijs

cijs temporalibus. Nos verò prius numero XII. numerum nostrum in VIII. terminauimus præbendis, & cum his & præposituræ nostræ integritate, ad ecclesiam B. MARIAE in eadem villa transtulimus. Ceteras verò IIII. præbendas per omnia eis consimiliter participantes, proprio nostro arbitrio dedimus, excepto quod alodia & mancipia, quæ vsque ad hæc tempora Ecclesia illa possederat, in nostros singulariter vsus segregauimus. Baptismus verò celeberrimi temporis, videlicet Paschæ & Pentecostes in ecclesia illa obseruabitur, reliquo autem tempore Parochianus noster baptisandis prouidebit. Infirmos autem visitare & communicare oleoque inungere, confessiones audire, mortuos sepelire, omnibus hæc ab eis quærentibus, libere concedimus. Vt autem tam præclaræ beneficentiæ foedus inuiolatum inter nos & ipsos semper permaneat, hoc definitum est, vt quodcunque munus, infirmus & moriens parochianus, siue in terra, siue in alia substantia cuius Ecclesiæ aliquid obtulerit, aut pro se offerri instituerit, per medium diuidatur. Quod verò alienus sanus vel infirmus aut Parochianus incolumis dederit, Ecclesia cui hoc datum fuerit, absque partitione possideat. Ipsæ verò Ecclesiæ sedulæ in inuicem iuges sibi debebunt fraternæ charitatis orationes, in omnibus necess-

necessitatibus sese supportantes. Pro commemoratione verò suæ libertatis, vtraque Ecclesia persoluet Cameracensi Præsuli aureum nummum Antuerpiensis monetæ & ponderis, singulis annis infesto S. Lucæ. Vt autem hæc rata & inconuulsa permaneant, sigilli nostri impressione & testium subscriptione qui interfuerunt, & hoc donum dederunt, annotari curauimus.

Ego HILDOLFVS Præpositus S. Mariæ.

ANSELMVS Canonicus.

BERNARDVS Canonicus.

GISELBERTVS PORCVS.

RADVARDVS Canonicus.

OVO Canonicus.

RADVARDVS Scriptor.

RAGERVS Canonicus.

HILDEVVINVS Parochianus.

Actum autem est hoc anno Verb. incarnati M. C. XXIIII.

Indictione secunda, Epacta tertia.

ANTE SVMMVM ALTARE.

Hic iacet nobilissima ISABELLIS, vt subscripta vtriusque parentis demonstrat progressio, karoselii Comitissa, Karoli Ducis Borbonii filia deuotissima, Domini Karoli, Illustrissimi Principis Philippi Dei gratia Burg. Lotharingiæ, Brab. Limburgi Ducis, Fland. Artesiæ, Burg. Palatini, Hann. Holl. Zeland. Namurci Comitissæ, S. Imperii Marchionis, Salinarum &

Machlinz Domini, vnici filii, coniux  
charissima, quæ Mariam vnica ex illa-  
trissimo marito relinquens filiam, in flo-  
rida ætate decessit, ann. Dominicæ in ear-  
nationis M. CCCCLXV. Die XII. Septemb.  
In Christi pace requiescat.

## IN NAVI ECCLESIAE.

Hic iacet Dominus WALTMANNVS pri-  
mus Abbas huius ecclesiæ, qui obiit anno  
Domini M. C. XXXVIII. XVII. kal. Maii.

Orate pro eo.

In pariete hæc desuper descripta sunt:

*Non finis vt pereat tot iam labentibus annis*

*Fama viri primi Abbatis tot honoribus aucti:*

Hunc GVILIELME COMES Prælatæ redutis in  
auras,

*Ne pereant prisca per longa obliuia Parres.*

In honorem Dei, Reuerendus D. Gui-  
lielmus Comes, huius monasterii Præ-  
latus pos. anno CIO. IO. LXXVI. & in plis-  
simi D. WALTMANNI I. Abbatis huius  
Abbatie piam memoriam, qui cum  
præfuisset ann. XV. decessit hac vita de-  
sideratissimus an. 1138. In Maio die 16.

## Ibidem.

\* alii  
Ger-  
man-  
nus,  
fuit  
hic  
Abb.  
XI. Hic iacet HERMANNVS, quem de modicis  
Christi millenis biscentenisque tricenis. (annus

## Ibidem.

Hic iacet Domina YDA, vxor D. Cotti-  
ni de Berchem militis, filia quondam D.

We-

ET MONUMENTA PRÆBANT. 133

Wenemari de Gymmeinch, quæ obiit  
anno Domini M. cccxxx. ipso die B. Am-  
brofii Episcopi & Confessoris. Anima eius  
requiescat in pace.

Ibidem.

**I**Nclite quæ meritis fulges HUMBERTUS coruscis,  
Cuius ad exemplum vita ac moderamina, quandæ  
Barbara doctrinæ nacta est ANTVERPIA Christi.  
Te duce Cœnobium felix radiat Maricollis.  
Respice prostratos Prasul mitissime seruos,  
Horrida vipereis rabies quos morsibus urget.  
Tranquilla da pace frui, da corde sereno  
Ritè procellosos fluctus componere nostras.  
Effera quæso procul rabies abigatur in eunus,  
Fac pietate Fides crescat, spes ambiat alta,  
Instet amor studiis, luxur declinet inanus.  
Confule Natales, SS. Belgii Ioannis Mola-  
ni, ex quibus discas Antuerpiendum LIBI,  
Apostolos, videlicet

S. ELIGIVM

S. Willibrordū

S. HUMBERTVM

S. NORBERTVM

quorū festa } I. Decēb.  
celebrantur. } XI. Oct.  
                  } XXV. Mar.  
                  } VI. Iunii

GERARDI DE LIRA Abbatis, xv.

Me quæ petra tegit GERARDVM, LIRA creauit terra  
Et qui cuncta regit hic me Rex exanimauit.  
Viuens dictus eram presentis pastor ouilis.  
Non sum qui fuor am, sed sex putredoque vilis.  
Quod sum, lector eris, tempus transit, gente, plora;  
Nolens me sequeris. Dominum pro me precor, ora.

AD CAPVT.

Me tumultant an. Do. mil. ducent. quinquag. octo.

I 2

AE G I. Iunii



## ÆGIDII DE BIERVLIET,

Abbatis XVII.

*Clemens, mens humilis, munda caro, vita iucunda**ÆGIDIUM BIERVLIET cōmendat vtiq; dignū.**Grexitur fidei roget ut vitam requiei**Perpetuū det ei gratia summa Dei*

AD CAPVT.

*Bis sex centeno, bis terno, bis quadrageno**Anno decessit: huic Christus vera quies sit.*

## HENRICI DE MECHLINIA,

Abbatis XVIII.

**C**onsilio plenus, vir pulcher, totus amœnus,*Et pater egregius, pius & Pastor gregis huius.**Mechlinia natus iacet hic HENRICVS humatus.**Hic Prælatorum speculum venerabile morum,**Inter Magnates bene vixit, reddere grates**Largus, discretus, facundus, eratq; facetus;**Qui dum viuebat, per bis duo lustra regebat**Claustra, sed annorum spatium superadde duorum.**Qui legis hac, ora, quod Mater virgo decora**Isti solamen diuinitus impetret. AMEN.*

AD CAPVT.

*Anno milleno cum ter C . . . . .**Mors necat hunc telis, & in octanis Michaelis.*

## GODEFRIDI DE WAERLOOS

Abbatis XIX.

An.

1328

11 Ia

ma.

**A**nno dum scribis C ter, M. tria X. minus I bis,*Terno Ianus Idus heu! decessit GODEFRID.**Abbas, vir fidus, pastorum nobile fidus,**DE WAERLOOS dictus, qui nullo turbine victus,**Pernigili curâ tenuit claustro sua iura.**Virtutis cultor, lex pacis, criminis ultor,*

Auct.

Auctor opum, morum, templi, gregis atque domorum.  
 Letis seu maestis conformis, gratus honestis,  
 Est oculus testis, praebens spectacula gestis.  
 Ut tecum, Christe, regnet, grex supplicat iste.

AD CAPVT.

Annis bis senis cum quattuor ac duodenis  
 Hic fueram Rector, ora pro me rogo Lector.

WILHELMI CABELIAV Bru-  
 xell. Abbatis xx.

WILHELMVS meritis probus ac Abbas homo mitis.  
 Ecce quod est, eritis, huic subsidium prece sitis.

Bruxella natus, Tongerloo Canonizatus,  
 Diestæ curatus, Pater hic Pastorq; sacratu.  
 Tutor adesse gregi studuit, custos fore legi,  
 Se ratione regi, pia vota Deo dare Regi.  
 Psalmis assuetus, fama, dulcore repletus,  
 Hospitibus latus, recto moderamine fretus.  
 Purior ingressus, vario tentamine pressus,  
 Constans processus, felix sic ab orbe recessus.  
 Mille trecentenis, Iuncta quater quoque denis  
 Cessit ei finis nox post festum Catharina.

AD CAPVT.

Annis bis senis hic mensibus atque nouenis  
 Rexi, me lenis Deus omnibus eripe pœnis.

WILHELMI LYMPIAES, alij  
 LIMMAS, Abbatis xxi.

Rector bis senis erat hic annis sine denis  
 Hebdomadis, pœnis careat, iungatur amœnis.

LYMPIAES hic dictus Abbas, virtute refertus,  
 Saxo districtus iacet hoc WILHELMVS opertus  
 Ipse modestus, turpe refutans qualibet hora.  
 Largus & honestusq;ue, mutans reproba in meliora.

An.  
 1341  
 25 No  
 uem.

Inter edendum se reuerendum dapfilitate

Efficiebat, seque regebat sobrietate.

Ius tenuit, nec opes minuit verbis redimitus,

Auxilium per consilium dabat ipse peritus.

Compatiens mœsto, semper fuit ad bona praesto.

Gommarifesto decedens sine modesto

\* alii Mundi liquet iter C ter, M, scriptis L & \* tres.

ter. Qui super astra sedet Rex tecum vivere se des.

An. 1353 MARTINI LOYS, alij LEVYS

31 O- Abbatis xxii.

Robr. Svb petra iacet hac tetra MARTINVS humatus

LOYS dictus, super afflictus inopum miseratus,

Moribus ornatu, ac de villa generatus.

Abbas mansuetus, hospes largus quoque latus.

Pax pia fratrum, flos quoque patrum, turrishic alta.

Perficiebat, reficiebat plurima fracta,

Damna nocentia, neque decentia sustulit, eius

In reparando fuit magna diligentia claustro.

An. Mcanitur, C ter, L adde, viginti duoque,

1372 Quando fuit sexto Februi perit ecce kalendas.

28 la. Quae super astra sedet, huic, Christe, parēs tua se det.

nuar, AD CAPVT.

Annis ter senis, tribus hebdomadis quoque denis

Rexi, Rex leuis me cœli iunge serenis.

WILHELMI BRVLOCHT Ant.

Abbatis xxiii.

C Laustro Prælatus WILHELMVS in hoc bepa-  
gratus,

De villa natus prasente, BRVLOCHT vocitatus,

Præbuit exemplum viuens laudabile: Templum

Sape frequentando, psallens, missas celebranda.

Ipse muris validis, duris claustrum stabilivit,

Codicibus

Codicibus multiplicibus nec non rediminit  
 Contra vexantes, ut eum placitando grauantes  
 Ius sibi \* seruauit & peruigil hos superauit.  
 Non fuit elatus sed cernuus atque quietus,  
 Hospitibus gratus, bene mitis, eratque \* facetus,  
 Noctæ mox ante Quintini, connumerante  
 M, minus X. C quater obit. tegit hic lapis ater.

\* salua-  
uit.\* tacens  
uir.An.  
1390  
ultima  
Octob.

## AD CAPVT.

Annis ter senis, hic mensibus octoique Rector  
 Christe fui, lenis mihi sis precor & pote Lector.

## PARENTES BRVLOCHT.

Tellus nos texit, dum Pastoralia rexit  
 Hic noster natus WILLEM BRVLOCHT vocitatus,  
 Iungi, qui transis, cælorum nos pete mansis.

## PETRI BREEM Antwerp.

Abbatis XXIII.

Hic iacet infixus PETRVS BREEM, sic vocitatus,  
 Ipsius en fructus omni virtute probatur,  
 Namque pius Pastor, & opum fuerat bonus auctor,  
 Instructor morum, fuit & praeceptor honorum,  
 Compatiens miseris & pauperibus bene largus.  
 Hic nulli cessit, in iure suo bene gessit.  
 Partem postremam templi fundauit amœnam:  
 Muro firmavit claustrum, portam decorauit.  
 Ante Georg. lucem mundo transfuit ab isto.  
 Lucem perpetuam det ei qui cuncta creauit.

An.  
1413  
22 Apr.

## AD CAPVT.

Hic iaceo PETRVS BREEM, petra sit benedictus,  
 Rexi bis denis hoc claustrum cum tribus annis.

\* For-  
tassis  
Petrus  
sim. b.

## OLARDI TERLINCK,

Abbatis xxv.

**Q**uamuis ossa tegat hac petra patris reuerendi  
OLARDI TERLINCK, tamen eius fama  
superstes.

Viua semper erit, qui dum praesederat Abbas  
Istius Ecclesiae, res nulla remansit inauicta:

Aucta Sacristia est per eum domis pretiosis,

Bibliotheca libris, Conuentus iuribus amplis.

Peruigilans fuit ipse gregi, praelargus egenis,

Dapsilis hospitibus. hunc ultro reliquit honorem,

Annis quando ferè praerat triginta nouemque.

Mille quadringentis & quinquaginta duobus

An. Annis praeteritis Domini, Sol abstulit illum,

1452 Septembris sextus. Vero nunc Sole fruatur.

6 Se-  
ptem.

IOANNIS FIERKENS Antwerp.

Abbatis xxvi.

**H**oc iacet in tumulo FIERKENS virtute IO-  
ANNES

Insignis Praesul, hoc proba vita docet.

Abbas huius erat templi venerandus, & vrbe

Hac genitus, prudens, optimus atque pius.

Moribus emeruit nullo reprobante regendi,

Officium Praesul contulit alter ei.

\*ple. O bene consultum! \* turba secretus egenti

bi.

Dona dabat dextrâ, nescia leua tamen.

Profuerit quantum Pastor vigilando benignus,

In grege dilecto plurima signa manent:

Namque locum struxit pulchrum ad conuiuia fratrum,

Desuper & fulta est bibliotheca libris,

Praesulis atque domos aulâ exornauit, vbique

Perdita restituens, adiiciensque noua:

Atque

Atque crucem, mediam templi partemque chorumque  
 Perfecit, Berschot egregiamque domum:  
 Aucta que iura, suis mitras habitusque reliquit,  
 Annis bis denis præsuit atque tribus.

Nunc iacet exemplum reliquis Pastoribus, altum:  
 Mens petijt cælum perfruiturque Deo.

ANNO M. CCCCLXXVI. XIX. Ianuarij.

ANDREAE\* ACHTENRYCK <sup>Alij</sup>  
 Abbatis XXVII. <sup>Ach-</sup>

**Q**uem dudum hic Patrē sumpsit concordia fratrum, <sup>tenryt</sup>

En nunc ANDREAS vertitur in cineres.

Natus in Hoochstraten, ACHTENRYCK gentē  
 vetusta,

Vir constans, rectus moribus atque grauis.

Religionis amans, tulit aspera religionis,

Hospes iustitia, fraudibus hostis erat:

Vnde & maiorum fuerat spes ipse bonorum,

Sed Deus hunc penis eripit\* immeritis.

Nam dum Commendas inuisas pellere certat

Stareque pro rebus, non fugit Ecclesie.

Contra fas pressum, varijsque laboribus actum

\* Lucifer hunc languor occupat ac tenuat.

Ast nondum binis totis sic præsuit annis,

Hac mala dum patitur, Mechlinia moritur.

Anno Domini M. CCCCLXXVIII. XIII.

Decembris.

IOANNIS ROBYNS de Mechli-  
 nia, Abbatis XXVIII.

**C**onditur hoc saxo ROBYNS virtute IOANNES  
 Pastor certè bonus, Mechlinia genitus.

TERLINCK eius erat OLARD. auunculus Abbas,

Ante pedes cuius nunc iacet ipse nepos,

*Qui comis fratribus, bonus hospes, fidus amicus,  
Vincens Commendas praelia saeva tulit.  
Post mala, dum damna studet ut restitueret iniqua,  
Sustulit heu! nimium mors inopina virum.*

ANNO Domini M. CCCCLXXXVI. XVII. Iulij  
IOANNIS DE WEERT,  
Abbatis XXIX.

**H**ospitib' hic sita sunt Venerabilis ossa IOANNIS  
Huic bene qui sacro praefuit hospitio,  
Et opus insigne statuit doxalis, & arte  
Calatas sedes indidit ipse Choro.  
Quotidie sacris internâ mente peractis,  
Peruigil externas sollicitauit opes.  
Prouidit vitâ quis Pastor cum comitetur,  
Dum properat senium membraque fessa grauant.  
Mensibus hic denis, annis vixit duodenis  
Externè, viuas mortuus in Domino.

Obijt an. Christi M. CCCXCIX. XVIII. Maii  
IACOBI ELSACKER Abbatis XXX.

Hic ante MEMORIAM VII. DOLORVM  
MATRIS DEI Reuer. Pater IACOBVS EL-  
SACKER Antwerp. huius Ecclesiae Pastor,  
suae carnis exspectat resurrectionem, qui  
reformatis cœnobii moribus, post diuti-  
nos languores, cum VI. praefuerat annis,  
& mensibus V. nondum senex Euerbodii  
moritur, Anno M. D. V. XXVIII. Septemb.

IACOBI EMBRECHTS,

Abbatis XXXI.

Hic iacet IACOBVS EMBRECHTS alter  
eius nominis, qui sacrae turri huius ædis  
addidit fastigium, Hospitalem nostra ci-  
uem

uem luxit vrbs Antuerpia, Præsulem patremque verum luxit hæc Ecclesia. Obiit anno Domini M. D. XIIII. XIX. Iulii. Orate pro eo.

## CORNELII DE MERA,

Abbatis XXXIII.

**C**ORNELII cineres, o mors cognomine MERA  
Sub hoc conduntur marmore.

Nondum bis denos Phœbus quem viderat annos  
Honorem adeptum Præsulis.

Liquit inexhausta laudis monumenta, perenni  
Memoria dignissimus.

Aduersus rerum multum est exercitus vndis,  
Fortis at usque perstitit.

Est largitus opes miseris dum vita manebat,  
Nullus ut vnquam largiûs,

Tantarum laudum nunc debita pramïa Olympo  
Consort beatû accipit.

## D. WALTERI DE BERCHEM, militis

**G**Ermine sincerus ex Bertoldi generatus  
Est hic WALTERI DE BERCHEM sub-  
tumulatus,

Militia rector, manibus fortissimus Hector,

Defensor Iuris durissimus ut leo durus,

Pacificus, mitis, ut mos solet esse peritus.

Audax, formosus, sapiens fuit & generosus,

Pollebat verbo dulci, non corde superbo,

Quem Rex Christe bone, cali coniunge corona,

AD CARV T.

Ter Idus sextaiam quater L. quoque texto,

L. cum milleno decessi sine sereno.

Ibi-



## Ibidem.

CL. Equiti D. MICHAELI VANDER  
HEYDEN IACOBI F. primùm quidem post  
alia atque alia publica munia pulchræ  
huius vrbis pridem Senatori, deinde Quæ-  
stori ærario, ac Consuli primario: hinc  
rursum quoad vixit Senatori. MARGARI-  
TA SALMONS desideratiss. coniugi mul-  
tum lachrymabunda Pos. Vixit ann. xxx  
vii. m. vi. d. vi. Natus ipso D. Michaelis  
festo m. d. xi. Decessit ad iiii. d. April.

Anno m. d. xlix.

Decessit autē illa viii. Aug. an. m. d. lvi.  
cūm vixisset ann. plus minus xxxv.

## Ibidem.

ABRAHAMI ORTELII

Tu-  
mu-  
lus  
mar-  
mo-  
reus  
cum  
effi-  
gie  
Orte-  
liana.

Quem vrbium ANTVERPIA edidit.  
Rex Reg. PHILIPPVS Geographū habuit,

Monumentum hic vides.

Brevis terra eum capit,

Qui ipse orbem terrarum cepit,

Stilo & tabulis illustravit,

Sed mente contempsit;

Qua cælum & alta suspexit,

Constans aduersum spes aut metus.

Amicitæ cultor, candore, fide, officiis:

Quietus cultor, sine lite, vxore, prole,

Vitam habuit quæle alius votum.

Vt nunc quoque æterna ei quies sit,

Votis faue lector.

Obiit iiii. kal. Iulii, Anno 10. xcix.

Vixit

ET MONVMENTA BRABANT. 141  
Vixit ann. LXXI. Mens. II. d. IIXX.  
COLII EX SORORE NEPOTES B. M. Poss.

## In sarcophago.

PIÆ MEMORIÆ SACR.  
ABRAHAMO ORTELIO

Antuerpiano,  
Geographo regio,  
fratri carissimo,

ANNA ORTELIA CÆLEBS

cælibi H. M. F. CIO. IO. XCVIII.

HÆC META LABORVM.

*Aliud, auct. Ioanne V Vouerio.*

D. O. M.

*Viator pauca hac lege.*

ABRAHAMVS ORTELIVS H.S.S.

Patria mihi & domus hæc vrbs fuit,  
Titulus & munus Geographus Regius.  
Dum vixi, vidi vtramque fortunã publicã  
Sed vultu eodem:

Meam propriam, vno animo & statu,  
modicus rei & spei

facilem placidamque mihi feci.

Quam nũc terram colo, viuus itẽ excolui

Manu, radio, colore:

Sed mente contempsit.

Fatalem meam metam sine metu adiui,  
Cũ vixissem ann. LXXI. M. II. D. IIXX.

Mors obrepfit ann. M. D. XCIIX. IV. kal. Iul.

Tu bone bonum votum adde,  
Et olim quieto, quietem æternam  
apprecare.

*Ioannes*

IOHANNES VVANCYIN Antwerp. conceit

& amico opt. pos.

D. O. M.

DIONYSIUS FEYTEN,

ABBAS huius ecclesię dū viueret meritif.

Cui Grtidij Athenę altera patria.

Virtutis Antistes eximia.

Candoris animi, in canonica sua candidif-  
sima familia,

Candidus ipse, fotor & fautor.

Variis XLII. annos strenuus in officiis.

Malefanis itidem hæreticorū factionibus

Secundum pauper Christi exsul:

(Præsul ne diues dixerim) (larius:

Ille inquā professionis ac sacerdotii iubi-

Ætate grauis ac moribus, in cælo fune-  
re ablatus

In certa resurrectionis spe

Hic diem expectat extremum.

Vt ei bene sit, tu apprecare.

IN SARGOPHAGO.

D. O. M.

Et

ÆTERNITATI

Reuerend. P. ac D. DIONYSII FEYTENS

huius Ecclesię

Abbatis,

qui cūm rixisset ann. XFX. M. VI. D. XII.

Vixisset ann. LXXV. M. V. D. VI.

& anno M. D. C. XII. Idib. Septemb.

diem clausisset extremum,

ANNO. 1612.

piis

ET MONVMENTA BRABANT. 143

plis parentis manibus  
F. CHRISTIANVS MICHAELIS

Abbas

eiusque in eadem ecclesia successor

H. M. P. C.

Ibidem.

FR. DIONYSIVS FEYTEN Præpositus  
dulcis-vallis, Pastor in *Minderhout*, & Admini-  
nistratoꝝ huius monasterij, hanc fene-  
stram F. F. anno clō. 15. xci.

Ibidem.

S. NORBERTVS, Archiepiscopus Mag-  
deburge. Ord. Præmonstrat. ac huius Ab-  
batiz fundator, Antuerpiam verbi prædi-  
catione ab hæresi Tanchelina liberauit.  
An. Domini m. c. xx.

Ibidem.

*Hoc clausa est ætate virens ISABELLA sepulcro  
SPINOLÆ, quam coluit Fermo, Fides, Pietas.  
Coniux lustra duo missemq̃ue puerpera, proli  
Octava genitrix, tristia fata subit.*

ISABELLÆ SPINOLÆ, lectiss. faminae,  
coniugi cariss. BAPTISTA SPINOLA  
Patrit. Geniensis pietatis ergo nuperens

H. M. P. C.

Decessit v. Decemb. M.D.LXXXII.

D. O. M. S.

MARIÆ PÆLINGINÆ prudentiss.  
lectiss. faminae, quæ matrimonio iuncta  
fuit IOANNI RVBENIO I. C. & Senatori  
Antuer-

Antuerpiensi, eoque orbata viduitatem  
ad diem fati per annos XXII. religiosè co-  
luit, Philippus & Petrus Paullus Rubenij  
cum nepotibus è filia Blandina, piæ matri  
& B. M. F. Vixit annos LXX. M. VI. D. XXIX.  
Obijt xiv. kal. Nouemb. A. clō. lōcviii.

### Ibidem.

M A T R I - V I R G I N I,  
hanc tabulam à se pictam,  
de suo ornatam,  
pio affectu ad opt. matris sepulcrum  
commune cum vxore ISABELLA BRANT  
sua sibi die PETRVS. PAVLVS RVBENS  
L. M. D.

Ipso D. MICHAELIS Archangeli,  
Anno clō. lōcx.

PHILIPPO RVBENIO I. C.  
Ioannis ciuis & Senatoris Antuerp. F.  
magni Lipsi discipulo & alumno,  
cuius doctrinam pœnè affecutus,  
modestiam feliciter adæquauit:  
Bruxellæ Præsidi RICHARDOTO;  
Romæ ASCANIO Cardinali COLUMNÆ  
ab epistolis & studiis,

S. P. Q. Antuerpiensis à secretis.  
Abijt non obiit, virtute & scriptis sibi su-  
perstes,  
v. kal. Sep. an. Ch. clō. lōcxi. æt. xxxiix.  
Marito benemerenti MARIA DE MOII,  
dum ex illo liberorum Claræ, & Philip-  
pi mater,

propter

ET MONVMENT. BRABANT. 145  
propter illius eiusque matris MARIE PRI-  
PELINÆ sepulcrum  
hoc mæroris & amoris sui monimen-  
tum P. C.

*Bonus, Viator, bene pretere manibusti  
Et cogita; prauit ille, mox sequar.*

In Ambitu.

CHRISTI eiusque Vegenitricis honor,  
Norbert InorVM pietati, hñc LocVS  
æqVatVr, ornatVr, ac pro pristino ni-  
tore restaVratVr.

Ibidem.

HADRIANVS SCOLASTICVS ingenuo-  
rum aliquot puerorum apud Andouerpi-  
anos Pædagogus sibi posterisque & hone-  
stiss. matronæ CATHARINÆ MASIA con-  
jugi cariss. monum. H. piæ DD. memoriæ,  
Decessit hæc ætate iam florenti, xvi. kal.  
Sextil. cio. io. lxxii. Cum vixisset ann.  
xxxiv.

*Terra tegit cineres, spiritus astra colit.*

SEQUENTIA

Ferè ex Chronico PRÆMONSTRATENSIS  
D. AUBERTI MIRÆI.

Anno milleno, centeno, bis quoque deno,  
Sub Patre NORBERTO fundatur candidus ordo.

In BRABANTIA VII. Abbatia viror-  
um monasteria præter POSTVLAM habet-  
mus: quæ sunt Ancyropiense, Grimberganum,  
Parcense, Helichsianense, Auerbodien-  
se, Tungerloa-  
nam & Diligamien-  
se vel Ietten-  
se.

K Eccle-

**Ecclesiam S. MICHAELIS** Canonici Antuerpienses anno M. C. XXIV. cesserunt (vt dictum est) **B. NORBERTO** Archiepiscopo Magdeburgensi, Præmonstratensis instituti auctori & Principi, eiusque sodalibus in Sacramentaria atque Adamitica *Tanchelini* hæresi profliganda Antuerpiæ sedulo laborantibus. Canonici verò ad eundem **B. MARIA**, Regum Regis maximæ Matris Virginis æternæ, Diuum Reginz & Patronæ gentium, eadem in vrbe sitam, sese transtulerunt.

**GRIMBERGANVM** monasterium, quod Canonorum Regularium Ord. S. Augustini fuerat, à Toparchis *Grimberganis* fundatum, ab eisdem Præmonstratani instituti religiosi an. M. C. XXVIII. incolendum traditur. Distat secundo ferè à Bruxella milliari, dimidio autem à Viluordia. Hæc ibidem epitaphia visuntur.

D. O. M.

Hic iacent **GEORGIVS A BERGIS**, quodam D. & Baro de Grimbergen, vir vt antiqua prosapia, ita & pietate, morum honestate & strenuitate clarus, qui obiit anno M. D. XLI. III. April. Et **PHILIPPA TSCERCLAES** eius coniux charissima, quæ ab hoc seculo decessit A. M. D. XXXII. XVIII. Decemb.

Ibidem.

SO LA VIRTVS.

**IOANNES LESLAEVS**, Episcopus Rosensis,

sensis, Scotus, ex illustri familia Leslaorum, omnis generis scientiarum cultissimus: Orator ad Regem Gall. Franciscum II. Consiliarius Mariæ P. M. Scotorum Reginae, Catholicæ Religionis constantissimus propugnator. Post immensos pro auita fide labores, præsertim in regno Scotiae restituendâ, post defensam in Anglia Mariam Reg. post varia summa cum laude gesta, tranquillissimè excessit Bruxel. prid. kalen. Iunij, A. M. 1596. Ætatis suæ LXX.

Auunculo grato ne superesset ingratus IOANNES LESLAEVS Nepos heres mortuus pos. & pro eodem anniuersarium PP. fundauit in hoc cœnobio Grimbergensi, prid. kal. Iunij celebrandum.

*Natalem & locum & diem scimus,  
sepulcri nescimus.*

**Ibidem.**

*Hoc tegitur tumulo Pater à Ranberghe Philippus,  
Doctrinâ, eloquio, religionem micans.*

*Hæc dum Marte domus Norberti vastâ iaceret,  
Et villa prisco reddidit iste loco.*

*Terra tegit terram, sed spiritus astra subiuit.  
Dic lector: placidâ pace quiescat. AMEN.*

D. O. M.

Hic iacent generos. & nobil. vir D. ENGELBERTVS DE OYENBRVGGE, dum viuebat Præfectus & locum tenens quondam Illustriss. Comitum de Massau suorumque successorum Dominorum Grim-



bergensium, qui morum probitate & honesta vita clarus obiit aet. suae anno LXXV die XXV Martij, A. M. P. LXXVI. Et D. CATHARINA SERRAETS eius vxor, quae obiit aet. suae LXXIV. die XXIIX. Aug. CI. D. LXXVII. eorumque successores,

## Super scriptio imaginis.

**V**os quibus hic alta sublimis in arbore cernor,  
Membra mihi tabido sanguine fixa rigent.  
Pungentis contexta meum diademata iungo,  
Pressa per (o nefas) imposuere caput.  
Corpora crudelis mea diuisere leones,  
Stravit & indigna gens inimica nece.  
Hac ferro innocuum cur me voluisse putandam est?  
Quis mala tanta Deum ferre coegit Amor.  
Ne genus humanum inferni Rex perderet: ergo  
Vestra salus auctor vestraque culpa fuit.

## In ambitu.

**P**ETRI de TILIA moesti tunc ossa sepulchri,  
Surgere qui iussu iconis istud opus.  
Hic iacet extinguit sua frigida, membra sub isto  
Marmore, letheo pressa sopore tabent.  
En iacet extinctus solers Oeconomus olim,  
Et dedit extremam mors inopina diem.  
Aspice quam parvi vita est subiecta ruinae,  
Quam celeri cursu tempora nostra ruant.  
Proh dolor! exigua est aetas qua viuunt omnes,  
Nil nisi vermiculi, puluis & umbra sumus.  
Sane necessarium, sed blanda cedere verbis:  
PETRO DE TILIA su praecor alma quippe.

Ibi-

## Ibidem.

Peregrinus fui & abii, peregrinus es,  
quod sum eris: ora ergo peregrine pro  
peregrino, & dic: O I E S V *miserere super*  
*peccatore.*

D. GASPARI VERSTRATEN Pastori  
quondam in Strombeca Patruo suo pos.  
fr. Gaspar vander Schuren.

## Ibidem.

D. O. M.

Et

D. CORNELIO VAN OUTERS  
Priori olim, Pitanciaro, Prouisorio,  
Parocho huius domus.

**G**RIMBERGA *magnū magna me facit domus*  
*Vinum, Priorem, Presidem pitancijs,*  
*Parochum reiūque prouidentem familia.*  
*Nunc vna paruo parua mortuo sat est.*

*Quas mortuus, Lector, peto, quas mortuus*  
*Petēs, mihi ne mortuo nega preces.*

PARCENSE monasterium, haud longè  
à muris vrbis Louaniensis, fundatum est à  
GODEFRIDO BARBATO Ducē Lotharin-  
gia, & Comite Louaniensi, qui locum fe-  
ris siluestribus animi causā alendis desti-  
natum (quem Latini *Vuarium*, Belgæ *Par-*  
*cam* nominant) in meliores vsus conuer-  
tens, eundem Gualtero Abbati *S. Martini Lau-*  
*densis*, ad monasterium ibidem exadifi-  
candum A. M. CXXIX. tradidit.

Reuerendo ac Nobili viro  
Domino FRANCISCO VAN VLIERDEN,  
Abbati Parcensi dignissimo.

**P** Arca ferox inimica lues, permitte referre  
In vitâ prohibes, tu mihi parce liuor.

Francisc. van Vlierden erā, me clara Brabātis  
Vrbs tulit à iactis nomen habens manibus.

Nos hoc Cenobium ter sex bene reximus annis  
Ordinis & decus, & gloria summa fuit.

Consului vndanti Patria easumque minanti,  
Belgica Consilij pars ego magna tui.

Me- Oblata Mitra quid profunt, quid fauor Aula?  
chlin. Nobilitas, tituli, gratia quid populi?

& An- Disparsum Parcense decus, te vindice Parcas;  
uexp. Affligi meruit parciui illa domus:

Si non Consilium, grauitas reuerentia virtus  
Sanctaque cum vera Religione fides,

Si nec sacrarum diuina peritia legum  
Flectere te potuit, quis modo tutus erit?

Sepult. ad latus dexterum Chori  
ante altare. D. NORBERTI.

Vixit an. LV. decessit an. 1601. die 3. Maii.

HELECHSIMENSE monasterium sesqui-  
milliari à Thenis Brabantiae opido situm,  
fundatur an. circiter M. CXXXI.

AVANBODIUM, dimidio milliari à Si-  
chenis Brabant. opido distans, anno circi-  
ter CAD. MXXXIII. ab ARNOLDO Comite  
Loffensensique filio LVDOVICO adifica-  
tur, Religiosis Antuerpiâ ex D. Michaelis  
monasterio euocatis.

TUNGERLOA, à veteribus *Tangri* huiusce tractus incolis nomen retinens, conditur anno C. C. CXXIV. Religiosis ex eodem *D. Michaelis* monasterio accitis. Est cœnobium longè elegantissimum, quodque ædificiorum amplitudine opidi instar excellit, tertio fere milliari, ab *Arshoro* situm. In hoc visitur Religiosorum Refectorium miræ magnitudinis, habens in longitudine passus LIX. Item tabula à Ioanne Mabusio pictore famosissimo depicta, ad cuius archetypum picta fuit tabula Abbatiz Middelburgensium in Zelandia, quæ periiit furore iconoclastico.

### In ecclesiæ porticu.

Reuer. in Christo Pater D. ARNOLDVS STEYTERS à Dieß, Monast. Tongerlensis Abbas XXXIII, æt. sue LIX. & officii XXIII. huius Ecclesiæ molem exstruxit, absoluit & ornauit, anno Domini. M. D. LIII. qui obiit post multa de hoc monasterio bene merita an. M. D. LX. Mechliniæ XVII. die Augusti.

Ad chorum deinde venienti se offert stupenda moles ex alabastro & marmore, in qua SS. Eucharistia magna veneratione custoditur, estque hoc carmine insignita:

**Q**uid stas, & lapides pulchros miraris & artem?  
 Cerne quod interius sit DEVS omnipotens.  
 Hoc te non moueat, quod pulchra adicula facta est,  
 Omnis nam pulchri hic Conditor occluditur.

*Aggloss mundana fabrica hic concluditur intus,  
Flecte genu supplex, Numina sancta colens.*

*Non hanc qui celebri Salomonis conferat adis,  
Non umbras, verum sed caput ipsa DEVM,*

*Inter primarios Abbat. benefact. fuit V.N.*

*BERNERVS DE RISEBERGA,*

*qui obiit anno 1159. &*

*ARNVLPHVS BRABANTINVS,*

*qui viuere desit anno 1157.*

*Sub tabula altaris ante chorum, leguntur  
hi versus:*

**O** *Esere allodiū Calmphout, Hubergen & Eschen  
Nostro canobio Bernerus de Riseberga  
Cum reliquo iure quod nobilis hic habet in se:*

*Ecclesias sic & decimas Nispen quoque Sundert  
Arnulphus Brabant Christi condonat amore,  
Quorum sunt anime fratrum prece conciliata.*

*ISTENSE monasterium, quod DIL-  
GEMIVM hodie nuncupant, primo à Bru-  
xella lapide, in pago ISTRE, fundatur an-  
no M.C.XI. fratribus Trincino (vernacu-  
le Dröngen) euocatis.*

*POSTVLA, celeberrimum est hospitale,  
ut vocant, seu viatorum receptaculum, in  
mediis Campania Brabantica ericetis lo-  
cisque desertis situm, cui Florentienses  
Religiosi præsunt. Primus huius loci fun-  
dator fuit FASTRADVS VTYVICHTLVS  
N. qui predij sui Postulani partem Floren-  
tensibus AN. M.C.LXXIII. dono dedit, da-  
bitumq; religionis post etiam adsumpsit.  
In templo hoc epitaphium legitur.*

D. O. M. S.

**F**ortunata cauo lapide imprimit ossa sepulcro,  
Praesens ingenii religione viri

IOANNIS DE BVYL, cui nomen origine clarum,  
Et patria Alostum non inhonora fuit.

Lustris ipse Domus tenuit tribus huius habenas,  
Tam dextre ut nemo dexteritate pari.

Cum namque are gemens alieno oppressa iaceret.

POSTVLA, opre ipsius protinus erigitur.

Floret hodie Louanii Collegium PRAEMONSTRATENSE ingeniiis atque alumnis,  
quod anno reparatae salutis CIO. IO. LXXI.  
cepit exsurgere. His virorum monasteriis  
liber & Virginum subnectere.

GEMPENSI monasterio, quod & INSVLA DVCIS nuncupatur an. CIO. CCXIX initium dedit REINERVS ABVDECHIM, V.N.  
Fuit hoc monasterium primo situm Pellenbergæ, qui pagus milliari vno à Louanio distat, indeque ad pagum GEMPE, inter Louanium & Diestemium situm, translatus est an. CIO. CCXXIX.

VALLIS LILIORVM in agro Machliniensi exstruitur circa ann. CIO. CCXXXI.

HORTVS CONCLVSVS B. MARIAE, in Herentalensi opido an. CIO. CCCCXI fundatus est à V.N. ARNOLDO CRAYNHEMIO Toparcha in Groëndonck, Ouyden, Bauvel, &c. eiusque coniuge ELISABETHA STEIVORTIA.

Hæc in praesentiarum de Praemonstratensium monasteriis sufficiant, cum non

sit huius loci plura referre: consulat Lector, quem dixi, MIRÆVM. Pergo nunc ad reliqua Antuerpiensium monumenta.

In monasterio S. Saluatoris,  
ordinis Cisterciensis.

D. O. M.

**Ex** Pietate, prudētia, eruditione & genere cl.  
**mar-** D. D. IOANNI DE SAMILLAN Or. Cister.  
**mote.** prius in Baudeloo, demū huius Cōuentus  
Priori opt. mer. qui cū hāc sacrā domū  
ab hæreticis dirutā restaurasset, annosque  
xxv. prudentissimè gubernasset, Tenera-  
mundæ

deuixit, hic sepelitur An. cīo. 10cx. mens.

Septemb. die 11. Ætatis LXIV. Soror  
MARIA DE SAMILLAN mœsta pos. apud  
chariss. fratrem sepeliri desiderans.

Hic itē requiescit FRANCISC. CROESERS  
Cornell Croesers & Mariæ de Samillan  
coniugum F. mortuus anno cīo. 10cīi.

Decemb. xxi. Ætatis xiv.

*Non potest male mori,  
qui bene vixerit.*

**In sarcophago.**

R. & cl. Domino

P. IOANNI DE SAMILLAN huius monast.  
Priori opt. mer. Cisterc. Ord. in Belgio  
Procuratori generali vitā functo postridie  
kal. Septemb. cīo. 10cx. pos. D. HENRICVS  
VANDER HEYDEN successor.

AD

ET MONVMENTA BRABANT. 155

AD DOMINICANOS.

Triumphatori mortis.

IOANNES BAXIVS Antuerpiensis,  
huius vrbis quondam Senator,  
quod corrumpi potuit,  
hic deposui

XXIX. Septemb. Anno CIO. IOCVIII.

Itemque filius eius ALEXANDER,  
XXVII. Nouemb. CIO. IOCVI.

R. I. P.

D. M. S.

PHILIPPO DE LANTMETERE,  
huius Reipub. Senatori,  
SVSANNA VAN HEYLICHSEM  
marito opt.

pietatis suæ erga eum testificandæ  
gratia H. M. P.

Obiit anno ætatis suæ LXV.

Christi CIO. IOC. XVIII. Nouemb.

*Impares nascimur, pares morimur.*

Ibidem.

R. P. F. ANTONINO TIMMERMANNO,  
alias FABRO, Duynkerckano, Dominica-  
no Antuerpiensi, qui alijs Religiosis ex-  
pulsis, Catholicorum in summa æde cum  
summa laude Ecclesiastes singularis fuit:  
hic dum Confessionem Sacramentalem  
reuelare noller (ô egregiam constâtiâ!)  
quæstionibus tortus, ac demum strangula-  
tus, publiceque in foro dissectus, martyrii  
coronam obtinuit, anno Christianæ sa-  
lutis CIO. IO. LXXXII. v. kal. April.

*Ancipiti*



**A**ncipiti prabet dum membra necanda securi,  
 Noxia in immoeco corpore flagra luens:  
 Tartareo infestui populo ANTONIVS, alumnus  
 Ordinis, excelsi qui documenta tenat,  
 Non hominum fregere illum tormenta malorum  
 In terris, cali dum sitit astra pius.  
 Nulla illam panæ conturbauere cruenta,  
 Vita dum tortor lumina morte fugat.  
 Sola Fides, solus feruor Pietatis & æqui,  
 Tanta mouent sortem tormina ferre virum:  
 In tetro Antuerpæ dum carcere clauditur vrbs,  
 Mille alacer præbens membra necanda modis.  
 Elegit peccata rei confessa filero,  
 Regis & ætheræi non violare fidem,  
 Mortifero dum te petit ictu fortis Iberus  
 Auriacæ, in vanam te retrahente caput.  
 Nunc gaudet felix riuulo ANTONIVS olympo,  
 Suscipiens meritis digna trophæa suis.

D. S.

Hoc monumēto situs HVGGO BONTIVS, IC.  
 Heu quondam Middelburgēsis Syndicus,  
 Quem docti, boni ad inuidiam amauere:  
 Cui Religio, & prisca Fides,  
 Patria, Officio, opibus potior,  
 Vale Lector, & te etiam mortalem cogita.  
 Hocque ad extremum rogo,  
 Huius inquire vitam, vt discas mori,  
 Huius inquire mortem, vt vitam discas.  
 Denixit annos . . . menses . . . dies . . .  
 Obiit anno Christiano . . .  
 GEORGIUS VVENVSI V. D. Ciuitati An-  
 tuerp. à secretis,  
 Bibliothec-

Bibliothecæ defuncti legatarius  
tota animi affectione

L. M. P.

IN AMBITV.

RR. PP. IACOBO BVIENS, & PETRO  
HOVIO Mollanis, quorum prior Societa-  
tem Rosarij Deiparæ eximie promouit, &  
feruidum aduersus Nouatores Ecclesia-  
sten egit, obiitque Anno c13. 10 cxxii.  
Prid. Id. Iunij. Alter œconomia ac choro  
laudatissime præfuit, desijtque viuere c13.  
10 cvii. Kal. Maij.

Mœsti \* PP. poss.

PRE defunctos piis votis ac precibus iuna. <sup>\* pa-  
tres.</sup>

Ibidem,

IACOBO VANDEN VVOVVERE

IOAN. F. STEPH. N.

probitatis & modestiæ laude ornatq viro,  
eiusque coniugi cariss.

KATHARINÆ STRUYE

Parentibus pietiss.

hic suorum apud ossa cubantibus

IOANNES IACOBI F.

pietatis & memor. H. mon. rest.

Ista è viuis decessit M. D. LXI.

Ille eiusdem seculi LXXXII.

AD D. FRANCISCI.

OPTIMÆ MATRONÆ ANNÆ

PALVDANÆ IOAN. F. FORAN

**A** NNA tacet, quæ his delictis immaturior annis,  
Mors rapuit miseram.

Ab.

*Ab! rapuit, cum iam florente atate vigerem,  
Seu rosa suaue rubens.*

*Invidit formam mihi Clotho, invidit amores  
Coniugis atra mihi.*

*Vnam illi è nobis natam incunda reliqui  
Pignora filiolarum;*

*Quæ vultu, quæ oculis, quæ toto corpore matrem  
Bellulla tota refert.*

*Lento me absumptum morbo Louania multis  
Indoluit lacrymis:*

*Inde huc translata meus ab! mens ille maritus  
Condidit hoc tumulo.*

**IACOBVS WESENBECHIVS** desideratiss.  
coniugi grauitè dolens Pos.

**Vixit ann. XXVI. obiit III. Id. Iul. a. M. D. LV.**

**Ibidem in fenestra vitrea.**

**Honori D. FRANCISCI, Amori ordinis,  
Pietati item loci huius,**

**I. LIPSIVS** fragili monumento  
sed fide affectu P. C.

**A. M. D. CVI.**

**Ibidem.**

**AGATHÆ SIMONIS** Laurenti F. à Nec-  
ke Amsterdani: eximie cum pietatis tum  
probitatis fæminæ lectiss. quæ cum vixis-  
set ann. plus minus XL. die XVI. Martii, an.  
à Christo nato M. D. LXVIII. sic volenti-  
bus Superis è vita excessit, **BONAVENTV-  
RA BODECKER** mercator, natus ciuitate  
Thoronien. ditionis Prussie, superstes a-  
mantiss. coniugi, quæ cum ann. XV. suauis-  
simè

finè vixit. hoc monumentū mœrens P. C.

## In S. DIDACI sacello.

PETRVS AB OPMEER pulsus patriâ ob fidem Deo ac Principi suo seruata, & per annos plus minus xx. variis iactatus casibus, Fiscalis atque Consiliarius Admiraltatis Hispp. & Indiarum Catholicæ Reg. Maiest. factus, hanc vitream fenestram P. C. M. L. An. Domini M. D. XCIII.

## In summo Choro.

D. O. M. S.

LAZARO TVCHER, CAROLO V. Imp. ac PHILIPPO II. Hispp. Regi à Consiliis, Equest. ord. Viro, antiquo & nobili apud Noricos genere prognato, in quo *Wolfgangus Tucher* an. sal. c. c. xcvi. equestribus HENRICI VI. Imp. Norimbergæ victor palmam meritus, clariss. familiæ ac nobilitatis columen posteris suis præluxit; quæque post ann. c. c. cclxiv. ad vnum *Bertholdum* redacta, nulla ex coniuge *Anna* de nobiligente MEYENTHALA relicta prole planè foret extincta, ni seni Deus ipse Opt. Max. sorte ad aras consultus repetendi coniugii author extitisset, cuius numen secutus senex tum lexagenarius iv. filiis & totidem filiabus ex *Anna* vxore *Bertholdi Peintzing* viri cl. f. susceptis, feliciter eam restituit instaurauitque.

IACOBINA COCQVIEL coniugi car. & sibi viae

M. H. P. C.

Vixit

Vixit ille annos LXXII. Diem supremum  
clausit Antuerpiæ anno 615. 13. LXIII.  
Non. Febr.

Hæc cum vixisset ann. . . . ex hominum  
vita migravit Anno . . . .

Hic observandum IACOBINAM COG-  
QVIEL eo tempore obiisse quo sub eodem  
tumulo quo maritus tenebatur, sepeliri  
non poterat: eius itaque corpus in D. Ia-  
cobi, filii Ambrosij lateri appositum ter-  
ræque mandatum requiescit, quæ primò  
statuerat sequentes versus marito ponere,  
sed quum propter exiguum spatium, vti in  
tabula Epitaphij apparet, versus describi  
non poterant nisi tenuioribus litteris, quæ  
à terra vix legi potuissent, loco dictorum  
versuum hæc præcedens prosa colloca-  
ta est.

CHRISTO SERVATORI SACR.

**C**um sacra Nobilitas virtute resulset auita,  
Gens etiã hæc meruit TYCHERIANA sibi:  
Dum patria decori est, seu Ius ferat ordine, sue

Mariæ pugnasi misceat arma manu.

\*no- Tu\* Pegnose pater testis, WOLFGANGVS equestre

men. Promeritus palmam cuius in vrbe fuit,

fluuij Hoc patre se stirps hæc cepit plantare, sed astro

An. Post assumpta tamen funere penè fuit:

1192 Nam triginta octo totos BERTHOLDVS in annis,

1364 Solus de patriâ gente superstes erat,

MEYENTHALENSI licet isque è gente maris an-  
Duceret, absque tamen mortua prole fuit.

Cumque

*Camque Dei nutu sedas iterare iugales*

*Vellet, ab hoc humili voco rogavit ipem,*

*Gēteq; PRINTZONGA præstare donibus CASINAM*

*Ducit, collapsum respicitque genu.*

*Hoc TYCHERORVM sorsus est quod, sistente claro*

*Ordinis aurati LAZARVS acer Eques:*

*Carole quinte tibi, tibi Rexque Philippemister,*

*Ille fide & præstans consilioque fuit:*

*Lustraquoque bis septem cum vixit tresque per annos, Am.*

*Fatum ipsi Februi nonaque dena tulit.*

1563

*Clara virum patulas vrbs Norica duxit in auras,*

*Nunc sed in hac sacra mortuus ade cubat.*

*Illius coniux etiam quæ COCVELIANO*

*Stemmata prognata est hic IACOBINA iacet,*

*Cuius vitalem moesti quoque funeris horam*

*Indicat ad calcem nostra tabella tibi.*

CHRISTO SVSCITANTI S.

*Illustri D. IOANNI MENDOZÆ, Ioannis  
Sarmienti, Saluatierra, & aliorum in Hispania  
Domini F. leuis armaturæ equitum Regii  
exercitus Præfecto strenuo, prudenti ac  
pio, annorum XLII. qui nulli mortalium  
inuisus, inopinato ac dolendo cunctis ex-  
emplo extinctus est:*

*Hieronymus Roda & Arias Montanus testa-  
menti executores designati, amico  
suauiss. moesti Poss. an. MD. LXXIV.*

D. O. M.

*BAPTISTA SPINOLÆ, Patri: Genuen-  
si, viro integerrimo: cuius liberalitatem  
amici, charitatem pauperes, munificentia  
Religiosi ordines fensere,*

L

Vincen-

Vincenſius &amp; Franciſcus FF.

genitori opt. M. Poſſ.

Deceſſit relicto omnibus bonis  
fui deſiderio.

VI. Id. Mart. eid. 12. XCIII.

Ibidem.

Ex ARNOLDO VAN DALE, ciui, mercatori,  
mal. & olim inclytæ huius vrbiſ Quæſtori,

more. GERTRVDIQUE TERLINX chariſſ. coniu-

vojez. gi, parentibus opt. mer. liberi monumen-

le li. tum hoc amoris &amp; pietatis cum lacrymis

de la. Poſſ. Vixit ille ann. LXXXVI. Obijt Anno

de. M. D. LVIII. XXV. April. hæc verò vixit

vanden. ann. XLIX. Obiit anno M. D. XXIX. Quin-

-weve. ta Martii.

pag. 22. IN CHRISTO VITA.

LVDOVICVS PERESIVS & LVDOVICA  
SEGVRA coniuges ex Hispania Bztica  
oriundi, pietate, natalibus & virtutibus or-  
natiff. ob locum hunc ſibi poſteriſque eo-  
rum ſepulturæ datum, hoc ſacrarium l.  
M. poſſ. heredeſque inſtaurauère.

D. O. M.

Ex MARTINO PEREZIO BARONIO

mar. viro nobili,

more. prudenti,

probo,

liberi quatuor parenti optimo

mœſtiſſ. P. C.

Natus eſt in oppido Cantabrorum

ORDVNO.

Defunctus

ET MONVMENT. BRABANT. 163.  
Defunctus Antuerpiz a. Christi 1512.  
die v. Decemb.  
Aetatis suae LXIX.

BENE QUIESCAT.

Ibidem.

SACELLVM D. O. M. SACRVM. Ex  
D. EMANVELI RODERICO Eborensi, & <sup>mar-</sup>  
D. CATHARINAE LOPES vxori eius, Lu- <sup>more,</sup>  
sitans, eorumque posteris à DD. Nico-  
LAO & SIMONE RODERICO Eborensi,  
Baroni de Rode fratribus, charissimis pa-  
rentibus pietatis ergo positum, anno  
Christi M. D. CVII. Mens. Mart. die xx.

In eodem Sacello. *+ qui ducit*

D. O. M. *annam Lopez*  
*ximenez*

Sacellum hoc à D. EMANVELE RODE-  
RICO Eborensi, & CATHARINA LOPES  
eius vxore, Lusitanis, pro se ac successori-  
bus erectum fuit a. Christi 1536. LXXXVI.  
Ex quorum pia institutione tenentur ip-  
sorum heredes pro fidelibus defunctis  
curare perpetuo in eodem loco fieri die-  
bus singulis III. Missas, & prouideri cereis  
& ornamentis necessariis.

Ibidem.

D. O. M.

PIAEQUE MEMORIAE

THOMAE ANRAET, summa probitate in  
& modestia Viri, quondam Consiliarii lami-  
& Quaestoris generalis subsidiorum ab <sup>na.</sup>

L 2

Ordinibus



Ordinibus Brabantia Regia Mag. collatorum: Qui cum postea annis quamplurimis bonam & fidelem huic ciuitati operam nauasset, ex hac via, quam ad ann. LXII. produxit, XVIII. kal. Decemb. cio. ICIV. emigravit.

D. MAGDALENA VAN GAMEREN coniux lectiss. & filia vnica cum lacrymis PP. maritum hac sequuta est . . . .

HOSPES SISTE GRADVM.

Patriæ decus, belli fulmen, iuuentutis robur patet vermibus esca. Iacet ingens. gloria Cordubæ, regia Arragon. prolapia, admodum illust. DD. ILLEFON. DE CORDONA. Excellentissimi Ducis Cordona & Segorbiæ, March. de Comares, & Pall. &c. Fidei dulcissimus, qui Hisp. relictâ, ad duriss. Antwerp. obs. currens & acerrime pugnans, publicam, ob captam Antwerp. laturus. XXI. III. ætatis annum agens, in mœrorem conuertit VI. Octob. a. M. D. LXXXV.

D. O. M.

PETRO OLAVE, natione Hispano, patria Victorienfi, ex nobili Olauenſium familia Cantabriæ prouinciæ oriundo: Catholicæ maiest. exercitus apud Belgas (gubernante sereniss. D. Alexandro Farnesio, Parmæ & Placentiæ Duce) generali Quæstori, ALFONSVS DE OLAVE fratri chariss. & DIDACVS DE GUEMES amico de se B. M. non sine lacrymis Poss. Vixit ann. XXXV. D. VI.

Eius

ET MONVMENTA BRABANT. 165

Eius corpus ab hæreticis hostibus hastâ  
confossum XI. Kal. Octob. sub hoc sarco-  
phago cõditũ est a. Domini M. D. LXXXVI.

EXTRA CHORVM.

GEVARDO VAN DEVRNE, pridem hu-  
ius vrbs Quæstori aerar. & CATHARINA  
VAN VEKEN eius coniugi, superstites libe-  
ri pientiss. parentib. dolentes Poss. Decef-  
sit hæc quidem VII. kal. Octob. M. D. LIII.  
Ille verò III. Idus Iulij, M. D. XLIII. quum  
vixisset ann. LXXX. cuius caput post ann. x.  
consepulienðæ coniugis gratiã cum reli-  
quis ossibus effossum, integris adhuc canis  
vivo prorsus simillimum, piæ eius me-  
moriz causã hic spectandum locauerunt.

IN SACELLO NOVO.

ÆVITERNITATI S.

ET PERPETVÆ MEMORIAE

DIEGO PARDO,

*cui Parentes*

Hieronymus Pardo & Anna de Bezar.

Patria Burgi Castellæ illust. ciuitas.

Familia nobilis Pardorũ e Galitia traductã

Obitus Antuerpiæ XVII. Oct. CIQ. IDC.

Et

MARIÆ PELS

Bernardi Pels & Antoniz Ido F.

ciusdem DIEGO PARDO coniugis,

Quæ iussu mariti, vt ex testamento hæres.

in ipsius sui que

& DIEGO PARDO FIL.

Porroque hæredũ memoriã & sepulturã,

anima-

animarumque refrigerium,  
Sacellum hoc extruxit  
sacroque perenni instruxit.

## IN AMBITU MONASTERII.

Anno CIO. ID. XCV. XVIII. mens. No-  
uembris ; corpusculi mei membris hîc  
terræ visceribus commendatis, ego Fra-  
ter GERARDVS GVILIELMI Amstelro-  
damus, gratiâ Dei sacerdos, Prædicator &  
Confessor ; ob amorem Domini IESV,  
eiusque benedictæ matris virginis MA-  
RIÆ, B. P. N. FRANCISCI, & omnium  
Sanctorum ; rogo te pie viator, vt animæ  
meæ preceris æternam requiem.

Miseremini mei, miseremini mei,  
saltem vos amici mei. IOB. XIX.

## Ibidem.

Venerandi Patris F. HENRICI MECHLI-  
NIENSIS, in sacro sacerdotio Iubilarij,  
Prædicatoris & Confessoris indefessi, XXVI  
OCT. M.D. XCIIII. defuncti, hicque sepulti.

## ΠΡΟΣΟΠΟΙΙΑ.

**H**ENRICVM Mors eace tuū Mechlinia sternit,  
Communiq̃ue hominum conditione premit.  
*Quid mihi longæua nunc profunt tempora vitæ?  
Quid veniens tardo curua senectûa gradu?  
Vel quid præclara resonans argutia vocis?  
Ac populum assidue lingua disertâ docens?  
Sic cunctis proprij stat fixus terminus aui,  
Quem transire finit nulla creata DEVS.*

*Et mihi quæ inbilans IUBILÆI festa peregi,  
Æterno iubilo continuare sinet.*

SIS MEMOR ANIMÆ EIVS.

PIO AC DOCTO PATRI

F. IVDOCO LEENTANO

Sacerd. Præd. Confess. nouitiorum in  
Cōnuentu nostro Louaniensi forma-  
tori vigilantiss. hīc sepulto.

**P** Langere continuū vt sortem fletibus exu **L**  
*A patria fugiens per mala mille solet.*

Rodunt cor gemitus, multa & præcordia cur **Æ**,  
Orbatus charis quod maneat sociis:

**I** VDOCI sic dira patri substractio magna **E**  
*Tristitia, causam prabet abunde mihi.*

**V** irtutis celsum qui forti pectore culmo **N**  
*Scanderat, atque apicem iam retinebat ouans.*

**D** otibus ingenij simul & pietate refulsi **T**,  
*Vt solet in medio stella micare polo.*

**O** re docente atque exemplo ad cœlestia regn **A**  
*Quos poterat secum ducere, cura fuit.*

**C** ui seruata Deo firmata professio, nome **N**  
*Præclarum peperit, perpetuumque decus.*

**V** t queat aeterno defunctus viuere plaus **V**,  
*Des requiem famulo Christe. Viator abi.*

**S** uscipe quod cecini, carmen IVDOCÆ dolori **S**  
*Ac luctum, statuens hic monumenta, mei.*

In domo infirmorum.

R.D.D. Fr. FRANCISCVS RIVERA ex  
ordine S. FRANCISCI de Obseruantia,  
Dei & sedis Apostolicæ gratia Leiglinen.  
in Hibernia Episcopus, extructa hac à pri-  
mis fundamentis infirmorum domo, al-

L 4 tarique

tarique hoc in honorem gloriosissimæ  
Christi resurrectionis consecrato, hanc i-  
maginem in eiusdem resurgentis tro-  
phæum, ac nostræ futuræ resurrectionis  
inempson fieri fecit & Dic.

## IN COEMITERIO.

Ad Epitaphium Cornelij, Francisci, Iaco-  
bi Floris, lapidæ & Pictoris famosi.

*Magnum artificum in terris post fata, superstes  
Fama potas, virtus sola sed astra colit.*

Ibidem.

**S**iste gradum, quicunque vides noua busta, Viator,  
Kna breui magnos quattuor vna tegit.

Hac BREYDEMSTENVS promittitur tellure  
MICHAEL,

Cui natale fuit Tentena terra solum.

Hæud illo melius componere pharmaca quisquam

Nouerat, aut lasis ferre salutis opem.

Non Chiron illo melior, non ipso Machaon,

Non quos Sol oriens occiduusq; videt.

Hæta loquor, testis Brabantia tota: sed ipsa

Præcipue Scaldis ostia clara citi:

Namque ibi cum vario sit natio ab orbe profecta,

Seu Tartariacos Mennoniesque petas,

Vulnera nemo tamen medicare peritus illo,

Aut Lachesis poterat sistere fila nigri.

Vita illi matura fuit trieterida, namq;

Prosper ex undenis vixit olympiades.

Nunc cum post Christum natum, trieterides octo

Tercentum exissent lustra decimque retro,

Ac bis sexta nigra se precipitasset in undas

Sextilia longo fessa labore dias,

Fatales

Fatales illi vitam rapuere sorores,

Truncantes tristi stamina nigra manu.

Quique senescentum fuerat spes magna parentum,

Heic situs est IANVS mortuus ante patrem.

Infelix puer, & primo defunctus in auro,

Addiderat nondum cum duo lustra tribus.

Heic sita quin etiam magni HERCVLIS ossa quiescunt,

Qui, reliqua ut taceam, interperitus, erat.

Cumque suo nato genero, dulciq; nepote,

Hac in marmorea sede Canora iacet.

Lector habes busti causam, quod restat, abito,

Manibus ante tamen dic bona verba. VALE.

## AD CARMELITAS.

**M**agnifici hic corpus PETRI LOPES requiescit,

Qui proprio hoc phanū condidit are sacrum:

Cui prasens semper Conuentus soluere Missam

Stringitur, ut dicta est cantio lata Dei.

Atque dies solitis seruabitur annua lethi

Cum precibus, nam pro his munera plena dedit.

Post summam Missam, cum sacrificante ministri

Huc DE PROFUNDIS fundere semper habent.

Obiit an. M.D.XXX.II. Die IX. mens. Iulij.

D. O. M.

Nobili matronæ D. LEONORÆ LOPES  
de villa noua, viduæ illustriss. ANTONII

DEL RIO, D. de Cleydaele. Regis Philippi  
II. in Belgio summi Fisci quæstoris, ac in  
regno Lusitaniæ ei à consiliis, in sepul-  
chrum parentum suorum illatæ positum  
est.

Obiit XXI. Aprilis, 1611.

L 5

Ibidem.

## Ibidem.

*Hic recubans doctor suffragia sacra IOANNES,  
MAEIRIVS Thenida filius adis auct.  
Floruit hic quondam multis caput ordinis annis  
Parthenij, rexit subdita colla probè.*

D. O. M. S.

HELENA DE BREDERODE, Illustriss.  
REGINALDI Eq. aurei velleris F. viduæ  
Thoma Perrenot, Comitissæ à Cantecroy, ord. Al-  
cantaræ, Commendatoris Salameæ, D. de  
Granuelle, Haurincourt, Chantonai, &c. Philippi  
c.n. II. Hispp. Regis Oeconomi, & à sta-  
tus concilio : à quo etiam ciuit. Antuerp  
Gubernator fuerat designatus, FREDERI-  
CVS PERRENOT, Baro Renaci, Aspremont,  
D.s. Lupi, Champagney, &c. eiusdem ciuita-  
tis Gubernator, fratriæ chariss. post omnem  
in deplorato morbo operam frustra ex-  
haustam, mortuæ annua sacra pietatis er-  
go instituit, & ob M. E. hoc cœnotaphium  
P. obiit prid. non. Maij.

*Corpore in Perrenotorum monum. Vesuntium  
apud Sequanos elato, AN. CIO. IO. LXXII.  
cùm vixisset ann. XLIII.*

D. O. M.

Nobili ac stren. viro GODEFRIDO  
STERCK, Equiti aurato, Imp. quondam  
CAR. V. domestico, ac huius ciuitatis Præ-  
urb. nec non omni Virtut. gen. ornatiss.  
matronæ

matronæ CORNELIÆ AB AVTSHOREN,  
coniugibb. quorr. hæc octauo fecunda  
partu, marito præmat. morte eripitur an-  
no Domini c10. 10. LIII. die mens. Ian.  
III. Ille verò postquam bello ac domi  
CL. dict. Præt. XLII. ann, simulque The-  
saur. general. Financ. munus decenn.  
(quo rebb. in Belg. turbat Philippi II.  
Hispp. Reg. præd. Imp. F. Domini & Prin-  
cipis sui partes constanter secutus est) fi-  
deliss. administrasset, obiit Brux. An. M. D.  
LXXXVII. die Octob. IX. amissis prius fill.  
GERARDO, eiusdem Reg. domestico, Va-  
lenc. Hispp. Anno M. D. LXIII. mens. A-  
pril. ANDREA & ipso Reg. domestico, at-  
que insuper fortiss. Bataur. Cathol. legio-  
ni Præf. Gandavi, an. c10. 10. LXXXIII.  
Tertio CORNELIO, annonæ militar. sub  
*Ioanne Austrio Belg. Prorege*, Vice Præf. Rure-  
mondæ, an. Domini M. D. LXXIX. Quatt. re-  
liq. in ephebb. extincti. Corporibus Pa-  
tris fratrisque ANDR. huc transll.

Parentibus ac fratri desideratiss.

Vnica superstes IOANNA STERCK  
Vxor Comitis LVDOVICI DE BIGLIA  
Ducat. Insubriæ  
Mœstissima posuit.

D. O. M.

Nob. & illust. D. ANDRÆ STERCK  
Antuerpiens. ex nobilium domestic.  
Cath. Hispan. Portug. &c. Regis ordi-  
ne, qui postquam toto hoc bello tumult.

&c.



& in omni expedit. Belgica ann. plus minus xv. dictæ Regiæ Maiest. peditum præfectus, ac max. se periculis obieciſſet, strenuamque fide inconcuſſâ operam nauaſſet, tandem Gandavi (proh dolor) fato ceſſit, ætatis ſuæ xxxviii. xvi. Decemb.

Anno M. D. LXXXI. III.

IN CONVENTU BOGARDORVM,

TERTI ORD. D. FRANCISCI.

DEBEMVR MORTI NOS

NOSTRAQ.

D. O. M. ET P. M.

Ex Clariff. D. ROGERII DE TASSIS Machl.  
mar- Bergomati familia antiqua & nobili  
more. oriundi.

Qui i. v. Doct. ac protonotarius Apostolic.  
Præpoſitû & Cancellarium Louanienſem  
annis amplius quinquaginta,

Decanû cathedralis eccleſiæ D. Virginis  
quadraginta quinque egit.

fortis eiufdem & catholicæ religionis  
Propugnator.

Obitâ demum pro Rege Hiſp. ad Pontif.  
legatione,

patriæ redditus & eccleſiæ,

Octogenarius, poſtridie id. Mar. deceſſit,  
magno ſui relicto deſiderio,

anno c. d. d. xciii.

Leonard.

Leonard. & Ioan. Bapt. de Tassis Equit. aur.  
fratri cariss. PP.

IN SARCOPHAGO.

Clariss. Domini D. ROGERII DE TASSIS  
Decani Antuerpiensis sepulchrum.  
Generis insignia vitæque ornamenta vicinum  
marmor indicat.

Honorarium.

D. O. M.

**F** *Laminis cui multus honor, & pinguis aris  
En cinis. hoc recubat TASSIVS ille solo.  
Patria Machlinia est, at stirpis Bergomon auctor  
Dat stemma, & primæ nobilitatis avos.  
Cuncta iacent quæ longa dies & comulsi atas,  
Largæque viæ sandi, consiliumque sagax:  
Cana Fides, castisq; vigilæ custodia templis  
Impia cum quæres persidus arma furor.  
Hospes abi, letumque pÿpete manibus orbem,  
Et laticæ sacri porge rogatus apem.*

Ibidem.

D. P. PETRO HEITENS Molkeni,  
huius domus Præfecto,  
Qui vitæ labilis pertæsus,  
æternæque cupidus,  
ad Christum adiit  
v. Id. Iul. c13. 13. c1.

Ibidem.

Anno ab orbe redempto M. D. LXXXVIII.  
mortem obiit Reuerend. in Christo Pater  
ac Dominus D. DAVID MICHAELIS RE-  
GIVS,

GIVS, vir omnigenâ eruditione instructus,  
& de re litteraria optimè meritus, cuius  
anima requie apud cælestes perfruatur  
æternâ. In eiusdem obitum.

NICOLAVS AGRICOLA. Presb.

**H**lasitum est DAVID MICHAEL REGIVS,  
*omen*

*Esse sub his titulis res dedit ipsa fides.*

*Davidem hymnographum expressit meditatio verbi*

*Diuini, & facilis condere vena melos.*

*Belligerum celi ductorem rettulit ardens*

*Zelus in heretica dogmata perfidia.*

*Regius emicuit regali pectore, mundi*

*Pramia cùm rigidus spreuit inaniflui.*

*Sumptibus immensis conslârat bibliothecam,*

*In qua totidicæ qua patet orbis erat.*

*Hic se versabat, curisq̃ue suauibus vltro*

*Victus, Apollineas mellificabat apes.*

*Hanc & amicorum studijs proflare volebat,*

*Nam neque cum Musis stat comes Inuidia.*

*Acui hic florentis primos vix legerat annos,*

*Cùm mox attonito mors inopina subit.*

*Hoc reliquum superest nobis, pia fundere vota,*

*Vt lux defuncto calitus irradiet,*

*Quâ passus mentem, calidoq̃ue incensus amore,*

*Pro nobis validas fundat & ille preces,*

*Vt pax in terris, misero hoc dum iungimur auro,*

*Nos gremio foueat sedis Apostolica.*

Ibidem.

**E**st sacer iste locus, sanctum & venerabile templū,  
Aeterniq̃ue domus, non temeranda Dei.

*Relligio*

*Religio & pietas hic pura mente colantur:*

*Sint risus, nuga, verba profana procul.*

*Vana superstitio, peruersaque hypocrisis absint;*

*Absit terrena sollicitudo rei.*

*Non hic atque illuc animus meditando vagetur:*

*Sed prasens animus cogitet, oret amet.*

*Hic serua normam, quisquis sacra sana frequentas:*

*Sin minus, accedens sana, profanus eris.*

Cornelius Kilianus Dufflæus Pos.

## IN AOBITU.

Proborum optimorumque ciuium An-  
tuerpianorum IOANNIS A PVTEO, eius-

que VXORIS MARIE LEFDALIE

Tumulus.

**S**iste Viator iter, nostri inspicere saxa sepulcri,  
Perlege qua fuerit carmine vita breui.

Conditus hic iaceo puteali carcere, quondam

Dictus IOANNES qui PVTEANVS eram.

Indotata fuit (sed qua prestantior omni

Dote foret) socio femina iuncta thoro.

Femina qua MARIA celebrato nomine fulgens

A modicis duxit patribus orta genus.

Iuncta thoro mecum sex & triginta Nouembres

Vixit, & hac mecum frigida busta tenet.

Tres genui, sacra qui religionis alumni,

Mystica libarent sarra, merumque Deo.

Diuitias primis Fortuna negauerat annis,

Extremis dederant merces, labor, ingenium:

Quas nihil esset ratum posui commercia Christo,

Vt possem placida viuere pace senex.

Morte

Morte premor tandem, ter quingentesimo ætatis,  
 Bis decimum Christi, iam quæ nouem erat.  
 Sexaginta mihi dedit Et sex vixit Decembres,  
 Bisque decem lucas Martini atque nouem.  
 Fleste genu Lector, summumque precare Timentem,  
 Sit mansura anima pax requiesque mea.

Reuerendi, discreti, optimique Patris  
 Generalis Ministri Capituli Zeppe-  
 rensis, atque localis huius domus mi-  
 nistri bene merentis fratris PETRI  
 GODEFREDI Epitaph. siue tumulus.

**C**um in hoc templo, Lector, venerabile bustum  
 Aspicias, monitis certior esto meus.  
 Nempe Pater tumulo requiescit Petrus in isto,  
 Cui cognomentum gens Godefrida dedit.  
 Cuius fuit genitor Cornelius istius vrbis  
 Indigena, at gnatus Cœnobiarcho domus:  
 In qua Francisci residet spectiosa propago  
 Sancti, cognomen vertitur ordo facit,  
 Vixit in hac lustra sanctissima vota professus  
 Bis quinque, haud male plus re minisre, pius.  
 Diaconum factus mystes, Christi que sacerdos,  
 Quattuor ætates, deinde quaterque decem  
 Exegit, factus nunquam reprehensus in illo,  
 Integer usque ad obitum rigerusque fuit.  
 Ergo illum Probitas, ne non dotata maneret,  
 Præcipuo ornauit semper honore Deo.  
 Principio hunc ad omni iusto moderamine rexit,  
 Præfectum sanctis ubi tria lustra loci.  
 Hoc quæ gradu a consensu meritis possedit, idem  
 Ordinis Antistes potius inde fuit,

In quo scipias cunctis immernis olim,

Consilij datio quas Zepesensis habet,

Vt sibi non alium optarent habuisse ministrum.

Præfuit annos sex, quinque, quaterque, quibus  
Expletis, donec vita feliciter annis

Septem, sex decies addidit usque bonus,

Cum Deus æterni moderator & arbiter orbis

Evocat ad grati præmia certa poli.

Sol ter quingentos ferè ab orbo re voluerat annos

Iam Christo, & decies quinque quaterque datus,

Dena pruinosi nam lux erat oria Novembri

Quarta. Nunc anime fausta precario, abi.

## AD CAPPVCINOS IN TEMPLO.

ANTVERPIA Cathol. Relig. libertati  
restit. Philippus II. Hispp. Rex ac Belg. Do-  
minus PP. CAPPVCINIS, ord. S. Francis-  
ci, à SS. Apost. pio eius postulatu in Belg.  
missis, primum hoc cœnobium. Fili Cur-  
rante Philippo Veuvelio Consil. Regio.  
Anno Domini M. D. LXXXVI.

### In Refectorio.

**H**anc mensa frater, tibi sancta paravit egestas,  
Non tibi sit cura multiplicare dapes:  
Natura modicum satis est, implere voracem  
Ardentemque gulam copia nulla potest.

Inscriptio lapidis fundamentalis monasti-  
Capucinatorum Antuerpiæ.

ALBERTVS ET ISABELLA  
D. G. ARCHIDVCEBVS AVSTRIÆ.  
M DVCEBVS



ANNO CHRISTI CLO. IDC. XIII.  
I. MARTII.

AD AVGVSTINIANOS,

**Q**uicquid amas ad eam DEI,  
Et ipsum amas in ade DEVM,  
Huc inferre stipem ama:  
Aedū hic archetypū spectas;  
Quicquid serēs, olim metes,  
Caeli sedē ac ade DEI.

## LEGES Scholarum AVGVSTINENSIVM.

1. **A** Timore Dei tanquam à funda-  
mento studiosi nostri humaniores  
disciplinas auspicentur; certi se nunquam  
feliciter peruenturos ad culmen erudi-  
tionis, nisi potissimam rationem habue-  
rint illius substructionis.

2. Præfectum Scholarum magistrosque  
omnes ceu parentes ac formatores men-  
tium honore cultuque prosequantur;  
Nam ut mollito solo facilius semina con-  
creduntur; ita subactis hoc affectu discen-  
tium animis commodius altiusque doctri-  
nae monita ingeruntur. Ad hoc animi ar-  
dorem & alacritatem quandam in studia  
conciplant. Nam ut incipientibus opus est  
amore;

amore; sic proficientibus necessaria est constantia.

3. Lectioni Catechisticae pietatisque officiiis, dominicis festisque diebus ed auidius intersint, quo pluris aestimanda est animae, quàm linguae instructio.

4. Mensibus singulis piaculari confessione animum expurgent, quem tantò limpidiorem habebunt fonte sapientiae, quāto purgatorem reddiderint vitiorum illuue. Diebus quoque sacratoribus augustissima Synaxi adultiores in templo nostro, si fieri queat, reficiantur; quo fidelibus pia delectationi, minoribus sint excitationi.

5. Quia verò omnis Resp. poena, præmioque continetur, nouerint ei qui in leges diuinas vel scholasticas exorbitanter impegerint, se poenarum seueritatem haud quaquam euasuros: tum vt delicta puniātur, tum vt exemplo eorum ceteri terreantur, dum poena ad paucos, metas transit ad omnes.

6. Proinde nemo scommatibus vel conuiciis aliquem proscindat, nemo illiberales obscenōsve iocos effutiat, sociūmve cadat, aut vetito lusu se exerceat, aut Sacri tempore fabuletur: hyeme nemo glaciei; æstate natando aquis se credat, qui deprehensus fuerit, punitione legem sarciet, quam transgressione fregit.

7. Non committent, vt ascendentes ad



altiore classē, vel studio valedicētes  
in salutatis praeceptoribus recedant, quia  
potius animum memorem ostendant re-  
linquentes hunc affectum tanquam Mae-  
mosynon iis, quibus pro impensis labori-  
bus gratia nequit aequalis rependi.

## IN BEGINAGIO.

D. O. M. S.

Nobili matronae MARIAE VAN VRSSEL,  
D. AMBROSII TVCHER equitis, ord. Senat.  
coniugi lectissimae, quo ē viuis sublato, ip-  
sa castam elegit viduitatem, quam ann.  
XLVII. conseruatam, CHRISTO Domino  
consecrauit, & in hoc Beginagio plena fi-  
de & operibus bonis Begina decessit Idib.  
Martij, CIO. 10CI. Vixit ann. LXXII.

Filius vnicus ROBERTVS TVCHER Eq.  
huius vrbs Senator, matri cariss. P. C.

D. O. M.

R. D. IOANNES FREDERICVS LVMNIVS  
hic situs est.

Pietate, doctrina, scriptisq; in vulgus editis  
clarus, & Reipub. utilis.

Locī huius instaurator & Pastor

Annos XL. & mens. VII.

A laboribus ad quietem abiit

Anno sal. CIO. 10CII. VI. Kal. Martij,

Aetatis LXX.

Ibidem.

Honorab. D. Domino GVILIELMO  
REGINALDO, alias ROSSÆO, pio exuli  
Anglo,

ET MONUMENTA BRABANT. 181

Anglo, viro doctiss. & huius Ecclesiæ mi-  
nistro. obiit xxiv. Augusti, an. c. 15. 15. xciv.

Hic  
auct.  
libri

IN TE DOMINE SPERAVI.

*In Veteri Beginarum Ecclesia.*

cui ti  
tulus

Hic sepultus iacet Reuerend Dominus  
IOANNES GIBLIS, Pastor bonus & timens  
Deum. Qui quomodo in vita sua placuit  
altissimo, post mortem repositus est inter  
amicos eius. Ita speramus, ita oramus.  
obiit anno c. 15. 15. 11. 1. Maij.

Cal-  
uino-  
Tur-  
cis-  
mus.

AD. D. CLARÆ.

*Forma, decus, mores, probitas, tecum mihi coniux Ex  
Erepta, heu! reliqua est vnica mœstitia.*

mat-  
more.

D. V. S.

Auct.

MARIAE BERCHEM Henrici F.

Arias

annorum xxviii.

Mon-

LYDOVICVS PEREZ Vxori incomparabili  
mœrens pos.

tanus.

S. T. CERT. QVIES.

Rapta est prid. non. Octob. c. 15. 15. lxix.

D. O. M.

D. ADRIANO HERBOVTS,  
præclaræ huius vrbis per xli. ann.

Pensionario,

utriusque Iuris Doctori,

decessit x. Ianuarij, c. 15. 15. xlvi.

ELISABETHÆ NILIS illius coniugi,

Obijt ix. Augusti, anno c. 15. 15. xxxii.

LEVINÆ legitimæ vtriusque illorum F.

NICOLAI VANDER HEYDEN Vxori,

periit dolore partus,

xxiv. Martij, a. c. 15. 15. xxvii.

M 3

D. O. M.

D. O. M.

STEPHANO AMBROSIO SCHIAPPALARIO Genuensi Vectiano, à CAROLO V. Cæs. semper Aug. ob egregias animi doctes, morum probitatem & industriam, fidemque & obsequium erga se & sacrum Rom. Imp. amplissimo priuilegij fauore Comitatus Palatini titulo vnà cum posteris primogenitis omnibus multifariam insignito, HERCVLES SCHIAPPALARIVS patruo B. M. Pos. Anno à nato Christo M. D. LXXXI. XIV. Febr.

*Vltcrius si nosse velis fortasse, Viator,*

*Hunc abijisse quidem, non obiisse putes.*

*Vixit enim vi præsens vitam quæ viuatur absens*

*Viueret & potuit viuere quod voluit.*

*Afcitusque polo, ter sancta ad gaudia viuit,*

*Nunc verè AMBROSIVS viuus in Ambrosia.*

D. O. M.

RODERIGI DA VEGA Lusitani corpus hic expectat resurrectionem. Obiit die XIX. Sept. Anno M. D. XCII. eius anima R. I. P.

Monumentum hoc ipsi & heredibus  
in perpetuum Pos.

Ibidem.

**C***ur mundus militat vana sub gloria,  
Cuius prosperitas est transitoria,  
Tam citò labitur eius potentia,  
Quam vasa figuli quæ sunt fragilia.  
Plus crede literis scriptis in glaciè*

*Quam*

*Quàm mundi fragilis vana fallacia;  
Fallax in premijs & vanitatibus,  
Fallax in somnijs & voluptatibus,*

*Dic vbi Salomon olim tam Nobilis,  
Vel vbi Sampson dux inuincibilis,  
Vel pulcher Absolon semper mirabilis,  
Vel dulcis Ionathas semper amabilis,*

*Quòd Caesar abiit celsum imperio,  
Vel diues splendido semper in prandio,  
Dic vbi Tullius clarus eloquio,  
Vel Aristoteles summus ingenio.*

*Tot clari proceres tot rerum spatia,  
Tam multi Nobiles tot regna sortia,  
Tam magni Principes tanta potentia,  
In ictu oculi clauduntur omnia.*

*O Lex, ò vanitas cur hic extolleris!  
O Esca vermium cur superbieris!  
Ignoras penitus vitrum cras vixeris,  
Eac bonum omnibus quàm diu poteris.*

AD SORORES TERTIARIAS,  
Ord. D. Francisci.

D. O. M.

LVDOVICI FERDINANDEZ Lusitano,  
vi. eiusdem nationis Consuli,  
Fidei, pietatis & famæ integræ viro,  
Vxor marito, liberi patri dulciss. poss.  
Cuius animæ misereatur DEVS.  
Corpus quod hic depositum est,  
resurrectioni gloriosæ referuet.

Obiit ætatis suæ anno LX.

vi. Id. Iunii, cio. 1311.

M 4

AD

INSCRIPTIONES  
AD VIRGINES FACONTINAS  
ORD. D. AVGVSTINI

Virgini Deiparae de Prouenzano, cuius  
meritis suffragantibus in Senarum urbe,  
sacratissimæ eiusdem virginis patrocinio  
specialiter munita, ab anno salutiferæ in  
carnationis M. D. XCIII. Deo mirabiliter  
operante, innumera postulantibus præ-  
stantur beneficia, PETRVS PICOLOMINEVS  
Senensis, ex voto humillime dicauit.

**D**IVA potens, calo qua terras despicis alto,  
*In mea nunc clemens vota precesque veni.*  
*Luxisti, luceſque ſolo noua ſtella Senenſi,*  
*Sentiat horum radios Scaldis & urbis aqua.*  
*Nempe tuum ſic Numen humus pontuſque loquetur,*  
*Inque nouis ibi nomen ephemeridas.*  
Hæ PICOLOMINEVS tabulâ reſtatur amorem  
*Quem toto ſculptum peſtore Diu agerit.*

Antuerpiæ M. D. XCVII.

IOANNES LATOMYS quondam apud  
Thronianos iuxta Herendaliam cœno-  
biarchæ, qui carmine luſit ad Iouiana elo-  
gia, hîc ſepultus eſt, iacetque mutus abſ-  
que elogio, quod Pompeio Magno olim, &  
patrum memoriâ accidit Paulo Manu-  
rio. Amici ſui funus hoc carmine proſe-  
cutus eſt amicus noſter D. NICOLAVS  
OVDARTVS IC. Eccleſ. Metrop. Mechl.  
Canonici & Officialis.

**F***Leuè Charles LATOMVM, ſent Muſa, Phœbus*  
*& ipſe*  
*A gemitu lacrymas continuiſſe nequit;*

Quin

ET MONUMENTA ERABANT.

185

*Quin sacra Religio tam cari sumus amici*

*Non potius est siccis concomitare genus.*

*At vos, Elogijs quos demeruit sibi, Docti*

*Perpetuo LATOMVM concelebrate viri.*

Moritur VII. kal. Sextil ipso die SS. Viti &

Modesti. anno CIO. ID. LXXVIII.

IN AREA COLLEGII

SOC. IESV.

INSCRIPTIO FONTIS CVM TERMINO

*Hospes*

Heic sta,

Venisti ad terminum

Cur porro ego stem, disce

Nam docco

vt aquas pede,

ita terram,

mente calco.

Prosum quoi qua possum.

Rigo siccos.

Quod haurio

id

abundè refundo.

credes si vel ferrum motes.

*Hospes*

abi

mei memor.

demum

ad me reuersurus.

IN COLLEGIO SOC. IESV.

M 5

LEGES

Digitized by Google

# LEGES STUDIOSORVM COL- LEGII SOC. IESV.

## I.

**Q**ui litteras discendi gratiâ ad hoc Societatis Collegium sese conferunt, illi sibi persuadeant, non minùs hic ad virtutem & pietatem, quàm ad eruditionem, animos informari. Elaborent igitur omni doctrinæ ac disciplinarum cognitione animum erudire, sed multo diligentius, ut veræ sapientiæ & virtutum splendore mentem illustrent.

## II.

Omnes ad Confessionis Sacramentum singulis saltem mensibus accedant. Hora assignata Missam quotidie, & concionem, cum diebus festis habebitur, deuotè & decenter audiant.

## III.

Doctrinæ Christianæ explicationi, quæ singulis hebdomadibus in Collegio semel fiet, aderunt. Omnes etiam præsertim pueri, eiusdem doctrinæ compendium edificent, prout ipsis à præceptoribus præcipitur.

## IIII.

Nullus è nostris scholastica gymnasia cum armis intrabit.

## V.

Abstineant à iuramentis, à contumeliis verbo vel factò irrogandis, à detractionibus.

nibus, à mendaciis, à ludis vetitis. Ea denique omnia quæ turpitudinis aut dissolutionis specimē, præ se ferēt, penitus fugiāt.

## V I.

Persuasum habeant, eos qui tam in diligentia studiis suis adhibēda, quàm in iis quæ ad rectos mores pertinent, peccauerint, & quibus exhortationes non sufficiunt, esse castigandos : qui verò castigationis capaces non erunt, neque melioris frugis spem dederint, vel qui aliis offendiculo esse videbuntur, à scholis nostris prorsus esse dimittendos.

## V I I.

Rectori Collegii & Præfecto studiorum omnes, & quisque suis præceptoribus obtemperent, & ordinem studendi ab ipsis præstitutum, omni diligentia custodiant.

## V I I I.

Seridè & constanter animum ad studia applicent. In audiendis lectionibus sint assidui, & in prævidendis diligentes; &, postquam eas magister explicuerit, repetendis. In repetitionibus autē si quid erit de quo dubitent, præceptorē interrogent.

## I X.

Iis in classibus & sub iis præceptoribus erunt, non quos ipsi elegerint, sed quos Præfectus studiorum ipsis post examen conuenire iudicauerit.

## X.

Eorum qui aut prauis moribus, aut  
parum



parum honestis sunt, familiaritatem fugiant; cum eistantum amicitiam & sodalitatem ineuntes, quorum exemplo atque consuetudine in veris virtutibus & studiis proficiant.

## X I.

Puris & sinceris mentibus Deo Opt. Max. seſuiant, diuinæ ipsius legi obtemperantes. Purissimæ Virgini, ac Dei genitrici, ceterisque Sanctis sese frequenter commendent. Beatos spiritus, & eum præcipue Angelum, cuius custodiæ subſunt, assiduis inuocent precibus: eandemque in omnibus vitæ actionibus moderationem exhibeant: vt quiuſ intelligat, non magis eos litterarum, quàm virtutum verarum studiosos eſſe, & amatores.

## IN XENODOCHIO.

D. O. M.

IOAN. BAPTISTÆ BORREMANſ  
ſupra puerilem decennī ætatem  
qua extinctus eſt  
ingenioſo,

PETRVS BORREMANſ Pater  
inuerſo Naturæ ordine Fil.

P. C.

Obijt 1x. kal. Aug. 610. 10. XCIX.

IN TEMPLO ARCIS ANTVERP.

In lamina. Vigilate virtuti. Spes mea Deus.

D. O. M.

CRISTOPHORO MONDRAGONIO He-  
rœi fortiff. ab ineunte ætate per gradus  
gloriosiff.

gloriosiss. militiæ sub imperio CAROLI V.  
Cæs. Imp. & PHILIPPI F. eius nominis in  
ad hæc culmina eubcto, Præf. turmæ & co-  
hor. xxiii. Walonum, bellicis consilij  
adlecto, Transmos. prouinciæ & Zelandiæ  
Gubernat. design. Hisp. Leg. coh. xxvii.  
Arcis Gandauensis, dein' Arcis Antwerp. v  
Præf. qui pace neq. bello, dum Nestoream  
etiam senectam ageret, expeditione yn-  
quam vacuus fuit: aded charus Deo. ut  
cum acie, prælio, excursionē toties confi-  
xerit, quamuis hosticā manu ac telo saepe  
actus fuerit, nunquam (mirabile dictū)  
vulnus acceperit. Ob memoriam sempi-  
ternæ gloriæ.

Heredes B. M. F. C.

Obiit an. cto. 10. xcv. Die. iiii. Januarij.

### Honorarium.

*Mirari militem tam diu vitam vixisse, Lector.*

*Desine: Audaciam promuro habuit.*

*Mortem, quia contempsit, distulit;*

*Animo & corpore supra hominem fortis.*

*Imitare sodes, & pro illo Deum venerare.*

GAVG. RIVIVS IC. pos.

D. O. M.

CHRISTOPHORO DE MONDRAGON,  
Antwerp. arcis Præf. Regij exerc. conf. Du-  
ci militum fortiss. hoc sacello à funda-  
mentis erecto, anniuersarium iiii. Non.  
Ianuar. sacrum, nec non in menses singu-  
los solenne; Priuatum verò omnibus Jo-  
uis

uis dieb. venerab. Sacramento, Virginiq;  
matri vi. non Sept. perpet. addita etiam  
quotannis in xl. eiusdem arcis pauperes  
elemosyna, ciuit. Antuerp. eleemos. iiii.  
viris, instrumento publico latius com-  
mendata, GVILIELMA DV CHASTELET  
Nobiliss. Lotharinga, opt. coniugi opt. co-  
nux sibi posterisque de suo statuit, dica-  
uitque kal. Mar. Anno G10. 10. xcvl.

IN AREA ARCIS SVB DVCIS ALBANI  
statua, postea demolita.

FERDINANDO ALVARESIO A TOLEDO,  
ALBÆ DVCI, PHILIPPI II. HISPANIA-  
RVM AFD BELGAS PRAEFECTO, QVOD  
EXTINCTA SEDITIONE, REBELLIVS  
PVLSIS, RELIGIONE PROCVRATA, IVS-  
TITIA CVLTA, PROVINCIÆ PACEM  
FIRMARIT, REGIS OPTIMI MINISTRO  
FIDELISSIMO POS TVM.

Ad vnum latus erat altare cum hoc titulo:

DEO PATRVN NOSTRORVM.

Ad alterum aurora conspiciebatur, tene-  
bras noctis discutiens, cum hac inscrip-  
tione: Α'ΛΕΧΙΚΑΚΟΣ Η'ΩΣ.

Anonymi.

*Cur statuam viuo tibi Dux ALBANE dedisti?*

*An quia defuncto nemo daturus erat?*

In ædibus CL. V IOAN. IACOBÆI

I. V. L. & S. P. Q. Ant. ab actis.

BIBLIOTHECA, loquitur.

**S** Vmptu me multo dominus studioque perornat,  
Vt sim culta bonis Bibliotheca libris.

*Spectatum*

*Spectatum admissus, probitatis munia seruet;  
 Nequid deformat, surripiatur mihi.  
 Ordine quaque videt quo nunc digesta, reponat,  
 Ne sint diuersis mox repetenda locis.  
 Urgenti dominus si quicquam commodet, illud  
 Integrum, vt accepit, non monitus referat.  
 Si quadam inueniet non prorsus grata palato,  
 Iudicioque minùs forte probanda suo:  
 Sese contineat placide: tacitus meditetur,  
 Insunt & scriptis turpia menda meis.  
 Hanc quisquis legem contemnes, Bibliotheca  
 Abstine ab alterius: volue, reuolue tuam.*

**Inscriptio fenestræ vitreæ in musæo  
 Francisci SweertII F.**

**FRANCISCO SWEERTIO P.  
 POSVIT IVSTVS LIPSIVS;  
 SIGNAVITQ. IN RE FRAGILI  
 FIRMAM ET ANTIQVAM  
 AMICITIÆ FIDEM.  
 CIO. IO. XCIV. KAL. SEPT.**

**Ibidem.**

**DOMINO DEO NOSTRO IESV CHRISTO,  
 VNICO REGNI SANCTORVM HEREDI,  
 PERENNI VITÆ FONTI, TRIUMPHANTI  
 MORTIS VICTORI,  
 ATERNO BEATARVM ANIMAR. HOSPITI  
 SACR.**

Summa in his terris tum sapientia, tum  
 felicitas est, posse quiescere, ac sua potius  
 agere & propria, quàm aliena. Deinde  
 vtraque

utraq; fortunâ, & siue sit agendum, siue  
 patiendum, in DEVM potius, quàm in ho-  
 mines respicere, & ab eo solo pendere.  
 Mortem denique suam perpetuò sic me-  
 ditari, vt peccatum potius fugiatur, quàm  
 illa nimis metuatur. Mundum præterea,  
 quæque sunt illius, despiciere simul &  
 odisse. De vita perpetua magis, quàm de  
 hac fragili & caduca sollicitum esse: Ani-  
 mæque curam gerere maiorem quàm  
 corporis, & ita sese comparare, vt anima  
 prius lata libensque hinc in cælos euolare  
 cupiat, quàm è tabernaculo suo euocetur.

### Ibidem.

**Mentis oculis quomodo: vtendum.**

**INSPICE, PERSPICE te, CIRCUNSPICE**  
*! quid sit agendum,*

**DISPICE, cur, vbi, quid, cui, quomodo, quando**  
*loquaris.*

**ASPICE** quid IUSTI, quid regule dicit **HONESTI**  
**RESPICE** principiū; **Venturū PROSPICE** finē;  
**DESPICE** humilitatē, **stellantē SUSPICE** Olympū

**Anno à nato Christo MVNDI serVatore.**

**S**I vita varias sollicitudines  
 Pri credideris DEO:  
 It desiderium perficiet tuum,  
 Vota & conferet omnia.

### Ibidem.

**V**I videas, quid nā iubeas, dum magni haberis:  
 Respicias quem despicias, dum ladere queris,  
 Provideas,

*Provideas, ne forte cadas, dum stare videris;*

*Dat varias fortuna vias, max. iri iubar.*

*Ibidem.*

*Hæretici, selesque, canes si morte perissent,*

*Pax Lepori, & muni, Presbyteroque foret.*

*Ibidem.*

*Cervisia coctor, tanfor, pistonque manebant,*

*Mundo stante, sua semper in officio.*

*Ibidem.*

**M**anè sat in surgens fac quod Natura requirit.

*Eûde preces, inopi tua dextra sit ample iuvando,*

*Sit tibi cura tui, & sis sobrietatis amator,*

*Iraisci noli, frugalis sit tibi cœna,*

*Sublimis recuba, curis & libera niemi sit.*

*Ne distende cibo corpus, placeatque venustas,*

*Hæc vitam facient tibi iugiter esse beatam,*

*Et seros facient vitam remanere per annos.*

*In horto Paterno.*

**F**elix qui potuit rerum cognoscere causas,

*Atque metus omnes, & inexorabile fatum*

*Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis avari:*

*Fortunatus & ille, Deos qui novit agrestas,*

*Panaque, Sylvanumque, senem, Nymphasque sorores.*

*Illum non populi fascēs, non purpura Regum*

*Flexit, & infidos agitans discordia fratres.*

*Ibidem.*

**FRANC. SWEERTIUS F.** ædes & hor-

*tum Musis dedicat, ratus eas hilari huius-*

*ce cæli positione allicere, atque ita fortas-*

*sis amicas fore. Sub Alb. & Isab. Austr.*

**NOVIT PAUCOS SECVRA QVIES.**

**N**

*Ibidem.*

Ibidem.

*Si verum auctorem sincerâ mente colamus,**Omnia frugifero venient feliciter horto.*

Ibidem in ostio latrinæ.

*Hoc scio pro certo, quoties cum stercore certo,**Vinco seu vincor, semper ego maculor.*

PORTÆ INSCRIPTIO.

*Garrule contineas linguam; tuque inuide dentem.**Hoc volui. ceptum carpe Viator iter.*

In ædibus GASPARI BELLERI.

*Lectio, Musa, Liber, sensus, cor triste, quietem:**Complet, priuat, alit : luce, dolore, fide.*

Ibidem.

**P**ietas ad omnia utilis est.*Quod oderis, alteri ne feceris.**Deo dante, nihil potest inuidia,**Deo non dante nihil iuuat labor.**Conscientia mihi opus est propter Deum,**Et bona fama propter proximum.**Calumnia conturbat patientem.**Accipere præstat quam facere iniuriam.**Opinio viri adfert veritatem.**Sapientis est optare optima, cogitare difficillima, &  
ferre quacunque erunt.**Pictores, & Cantores, amant liquores & sapes.*

Quantum profit semper tacere.

**O**ra tibi sint clausa : patens sit mens tua, voces  
Cor ferat in medium: nil tua lingua sonet.*Ac si fausta tibi fuerit fortuna, sileto,**Sin minus, aduerso flumine vade tacens.**Hac qui iussa facit, semper manet vt fuit ante.**Si miser est, miserum sors violenta manet,*

Si

*Si tenuis, tenues etiam fortuna dabit res.*

*Irus & est subito, qui modo Cræsus erat.*

L. Belleri I. F.

Ibidem.

**A**ntonio VioLenta dles AntVVerpia, Vidit 1583.  
CIVem F. LaCes peLLere FranCigenas. 17. La

FranCVs Vt AdvaiICos sCeLerata prodidit arte

Corrvlt, & ComItes perdidit Ipse sVos.

Phablgeno deCles prodibat IVLIVS Igne

SCLOpeto DeLsis dVm Cadit AVrlaCVs.

1584.

4. Jul.

## In carcere publico.

**A**Nno 1582. tempore quo F. Antonius Timmerman in vinculis detinetur, sua manu in carcere ad parietem cuspide ferramenti ligulae astrictoriae hæc verba scripsit: P A P E. quasi dixeris: *Dit heeft de Pape gheschreuen*: deinde sequitur eiusdem confessio. Ego frater Antonius Faber, Dunckerkanus ord. D. Dominici fui hic incarceratus die 18. Martii, anno 1582. ob auditam & non reuelatam Confessionem cuiusdam, zelo religionis Catholicae tantis Principem Auriacum interficere, sed post læso duntaxat Principe, statim interfecti, & eadem nocte, tormentis duris fui subactus, sed nihil fassus. Capto autem ex consciis Antonio Finero, cui defunctus confessionem narrauerat, tum ex proprio quodam scripto, conatus fui eandem reuelare. Haftenus Confessio: Sed quidam volens de ea re certior fieri, misit



Notarium ad carcerem, qui ad hunc modum descripsit, & hisce verbis subscripsit.  
*Ghecollacionaert teghens seker gheschrift ofte chara-  
 Eeren beuonden op den muor teghens de schouwe in-  
 de gheuanckenisse der stadt van Antwerpen, ende u  
 beuonden daer mede te accorderen, by my Notari  
 inden Raedt van Brabant gheadmitteert, onder tees-  
 kent N. Van Canerjon Not.*

IN HORTO IOANNIS VRSVGGI, Patritij  
 Lucensis.

Inscriptio portæ anterioris.

*Si ter pulsanti nemo respondet, abito :*

*Non sum, non possum, non lubet esse domi.*

*Ibidem in horto.*

*Si quis carpandi studio hic diuerteris, audi:*

*Fructum hic non hortum carpere, Memus, licet.*

*Vin' secum inuiso regredi consilium horto est,*

*Quam viso, inuiso inde referre pedes.*

*Hortus loquitur.*

*Si tibi displicui, lingua deosco fauorem,*

*Hac eadem posco pramia, si placui.*

*Herus loquitur.*

*Ambitione procul, vicina nescius urbis,*

*Hic fruor aspectu liberare poli.*

*Ibidem.*

*Oblectat hortum, aduocat, pascit, tenes,*

*Animoque magno demit angores, granes.*

*Ibidem.*

*Horto bene culto, nihil potest esse,*

*Nec psuuberius, nec specie ornatius.*

*Ibidem.*

*Hic discolora germinant flores, coma,*

*Pinguuntque terras gemmis honoribus.*

*Ibidem.*

*Quisquis hic male tagax quoquam adiecerit manu,  
Illi pro flore pignus capietur roga.*

*Ibidem.*

*Modesta voluptati me natum scito,  
Non vanitati: quieti, non corpori.*

*Ibidem.*

*Homines tibi molesti sunt? hic apud te eris.  
Occupatio exhausti? hic replebere.*

*Ibidem.*

*Linquenda tellus, & domus & placens  
Vxor, neque harum quas colis arborum  
Te prater inuisus suppresos  
Vlla breuem dominum sequetur.*

*Ibidem.*

*Et magis adducto pomum decerpere ramo,  
Quàm de colata sumere lance iuuat.*

*Ibidem.*

*Quos rami fractus, quos nostra voluntia rura  
Sponte tulere sua, carpere delitium est.*

*Ibidem.*

*Terra nunquam recusat imperiam, nec vnquam  
sine vsura reddit quod accepit.*

*Ibidem.*

*Herbarum facilem victum, luxuriae carentes  
Adspice delicias.*

*Ibidem.*

*Donat inemptas terra dapes.  
Hortus salubres corpori prabet cibos.*

*Ibidem.*

*Reddo labori plenierem gratiam.*

*Tribuo colenti multiforme gaudium.*

*Ibidem.*

*Nihil hic est prada predatoribus.*

*Sub arbore molles sunt somni.*

*Ibidem.*

*Decipimur votis, & tempore fallimur, omnes*

*Mors ridet curas, anxia vita nihil.*

*Ibidem.*

*Aedificare, iugo se subdere, pascere multos,*

*Hac ad pauperiem ritè parata via est.*

*Ibidem.*

*Hospes eris sospes Domino si accedis amicus,*

*Sin contra, hunc moneo disce cauere canem.*

*Inscriptio latrinæ.*

*Si viū diuersitatem ciborū contemnere, exitū specta.*

*Portæ posterioris inscriptio.*

*Memiseram, cuiam potui succumbere culpa,*

*Vix ut sum Domino peruia porta meo!*

*Ne querere, innocuam tantum confinia damnant;*

*Porta cares culpa, sed tamen omen habes.*

*In suburbano R. D.*

**LAURENTII BEYERLINCK,**

**Canon. Antwerp. ad Vicum de Berchem.**

*In accessu*

*Perpetue Salubritati.*

*Honestæ Voluptati,*

*Amicæ Quietis.*

*S.*

*In fenestra exteriori.*

*Ventura prospice.*

*In ingressu ex vna parte*

*Lucundam*

*Iucundum est esse secum.*

*ex altera.*

*Tempus esse agrorum cultu consumere dulce est.*

*Sub Porticu.*

*Introeunti Hortu, edico.*

*Hospes qui suburbanum hoc inspectum venis,*

*Ne ex grato ingratus fias, hac iussa audito.*

*Quocunque & passim ambulate.*

*Vbicunque & passim quiescito.*

*Floresque, fruticesque audax lustrato.*

*Oculisque, naribusque libato.*

*Manus ne inferto.*

*Rixosus, harpax, Serius, Gerro, Heluo,*

*Curax, vel vrbis proxima fastum tenens,*

*Limine abstineto.*

*Voluptatis hic locus est.*

*Et quietis hic locus est.*

*Hanc, & illam sectarier herusiubet:*

*Dein saluum te abire.*

*Secus si vis, aut facis,*

*Tu Flora, tuque hortorum praeses Deus*

*Vindicato.*

*Sub eadem Porticu.*

*Quem iuuat curis animum molestis*

*Soluere, & diri rabiosa vulgi*

*Iurgia euitans, releuare tristi*

*Pectora luctu:*

*Hic salutare, subeat recessus:*

*Ver ibi aeternum, rutilique flores,*

*Et maris Ros est, & Apollinaris*

*Germina Lauri.*

*Hic datur grata residere in ymbra,*

Otium fessu datur hinc Capienti

Et nouam curis simul expeditum

Promittit carmen.

Ante porticum versus Orientem.

Discite quam paruo liceat producere vitam.

Versus Austrum.

Laudato ingentiatura, Exiguum colito.

In limine domus,

Sub imagine canis.

Erga domesticos mansuetus.

Aduersus hostes feroc.

Ad muros eiusdem domus.

Non semper idem Floribus est bonus.

Oculus Dominion agro fertili.

In pergula

ad imaginem Natura.

Nec species sua cuique manet: rerumque nonatrix

Ex alijs alias reparat Natura figuras.

Ad Secessum.

Moras extrema recusant.

Aequa lege necessitas sortitur insignes, & imas.

Ante Caminam

Emblema.

Ignem gladio ne ferias.

Ante lecticam. Emblema.

Alliciunt somnos motus, tempusque morumque,

Et mens lata.

Ibidem.

Symbolum Authoris.

Currite ut comprehendatis.

Ad muros cubiculi.

Ars artium bene curare.

Ante

Ante abacum supellectilium hortensium

*Nulla aconita bibuntur Fictilibus.*

In Posticâ.

*Postico falle clientem.*

Ibidem in ecclesia

*in summo Choro.*

Generoso, nobili, & incomparabili vir-  
tute Heroi D. NICOLAO A LYRA, ditio-  
nis *Berchemica Domino*. Eq. Aur. dudum ce-  
lebratiss. vrb. Antwerp. Marchioni, Patri  
delebratiss. Ioan. Fil. gemebundus Pos.  
Decessit anno hum. redempt. M. D. XXXI.  
die XXIII. Maij.

# LOVANIENSIA.

## IN LOVANIVM.

ADRIANVS BARLANDVS primus linguae  
Latinae Louanij Professor, in Collegio  
Trilingui Bussidiano ad Nicolaum Ru-  
terium, Episcopum Atrebatensem.

**I** Talia laudent alij cœlumque locumque,

Ego te canam LOVANIVM.

Namque mihi ante alias vrbs visa es nuper amœna,  
Doctus & apta viribus.

Sunt tibi siluæ & fronde virentia mœnia late,  
Nec non feraces hortuli.

Flumina sunt, liquidi fontes, vallesque, lacusque,  
Viridique ripa gramine.

Vere nouo tibi stat vestita & frondibus arbor,  
Et flore campi & herbula.

*Hinc auium blando cantu mulcetur & aër,*

*Et ambulantium auribus*

*Nil non blanditur, nil non arridet ocellis.*

*Ver labitur, venit noua*

*Aestas, cum segetes tellus nitidissima fundit*

*Magnis tibi prouentibus.*

*Aestatem Autumnus sequitur, cum poma nucemque*

*Domi vides multam tuæ,*

*Surgentesque, rudes primis de vitibus vnas*

*Et vina non prorsus mala.*

*Adde tot egregias ades, operosaque templa,*

*Vicosque multo amplissimos.*

*An memorem doctos de Religione loquentes?*

*Legumque consultos viros?*

*Et quos delectat facundia, quique Poëtas*

*Gestant manu semper bonos?*

*Tu genus ipsa hominum simplex effers, quibus omnis*

*Erecta mens ad calites.*

*Salue clara domus Musarum, ipsisque beata*

*Magis ingis Pernassijs.*

IVSTVS LIPSIVS Professor

& Historiographus Regius.

**S** Aluete Athena nostra, Athena Belgica,

*So fida sedes arrium, o fructu bona,*

*Lateque, spargens lumen & nomen tuum!*

*Te Gallus, & Germanus, & te Sarmata*

*Inuisit, & Britannus, & te duplici*

*Hesperiae alumnus. quam frequens frequentia*

*Stipauit olim, & aduenarum copia!*

*Quæ minuit aliquid ciuicum, fateor, furor*

*Et Mars cruentus: sed fuere. quis neget?*

*Et fructus etiam apparet. o quot millia*

(ita

(Ita dico) protulistis insignes viros,  
 Auxilia vel consilia publica rei?  
 Quot fama in ade consecrastis nomina,  
 Perennibus victura scriptionibus?  
 Et porro proferetis, & sacrabitis,  
 Si donat aliquam mitior pacem Deus.  
 Donabit autem. Vota vos modò & preces  
 Concipite, & in partem aduocate Virginem,  
 Patrona qua vestra audit, & Dei parens.

HVBERTVS AVDEIANTIVS  
 Canon. Brugenſis.

**N**on alia est studijs vrbs aptior: ipse potentis  
 Allicit huc genius Numina sacra loci.  
 Musarum & Phœbi dicas certaminis arcem:  
 Pascere & hic oculos, pascere & est animos.  
 Cedite vos Tempe: Latium quoque ceditæ Athene:  
 Musæum & nemus hoc Belgica maius habet.

MAXÆMYLIANVS VRIENTIVS  
 s. p. q. Gand. à secretis.

**I**VPITER hoc vrbiſ ſpatiũ, fundamina PALLAS,  
 MARS Burgũ, mediũ ſtruxit APOLLO forũ.  
 Arua CERES circum, DRYAS herbida prata,  
 LYÆVS  
 Viſiferos colles, DILIA fudit aquas.  
 Aëra SOL purum, varias CYLLENIVS artes,  
 Ingenij cultum turba nouena dedit. (CEPS,  
 Templæ DEO PIETAS, Gymnaſia publica PRIN-  
 Splendida doctrina premia fecit HONOS.  
 Eloquium PITHO, Sophiam Dea GLAVCA,  
 THEMISTIS  
 Iura, docet medicam PHOEBIGENA auctor opẽ.  
 Omnibus



*Omnibus vt numeris veteres exaequet Athenas  
Vrbs Grudia, & Belgas non finit esse rudes.*

## IN AEDE PRIMARIA D. PETRO

SACRA, quam condidit LAMBERTVS  
PRIMVS Comes.

**H**ic primus iacet HENRICVS Dux nomine  
quartus,

*Cui coniux bina, Machtil prior, inde Maria:  
Prolem septenam genuit prior vltima binam,  
Brabantinorum Dux, regni Marchio, morum  
Regula, iustorum speculum, vindicta malorum;  
Flos patria, pax Ecclesia, clypeus viduarum,  
Spes venia, vas munditia, tutela minorum.*

Anno Domini M. CC. XXXV. Non. Septemb.  
obiit Hêricus III. Dux Lotharingie bonę  
& pię memorię.

Exstruendum curauit viuens valensque  
Cœnobium virginum ad urbem Loua-  
niensem, quod hodie TERBANCK nomi-  
nant. Louanij quoque Canonicorum con-  
gregationem S. GERTRVDIS excitauit.  
Fuit hic omnium Principum formosissi-  
mus & dulcissimus, vt referunt annales.

### Ibidem.

**E**N alabastra, nitens & marmor, Episcopus olim  
Qui fuit, egregij sunt monumenta viri.

*Hic patriâ Germanus erat, natalibus ipsis  
Luxemburgensis, nomine NICOLEOS,  
Regi à consilio, patrięque negotia gessit;  
Inter discordes vnio pacis erat.*

*Hic*

*Hic miseras fouit, & templa Dei decorauit,*

*Huic erga cunctos mutuus hæsit amor.*

*Annua non modici donauit munera census,*

*Quem diuinus erit nonnihil auctus honor.*

Obijt Mechliniæ xv. Nouemb. c. 15. 15. 19.

Hoc loco tegitur pientissimus Pater  
NICOLAVS RYTER de Luxemburgo, Epi-  
scopus Atrebatensis, Domus Burgundiæ  
Consiliarius & seruitor fideliss. insignis  
huius ecclesiæ Præpositus, & Vniuersitatis  
Cancellarius, Collegij Atrebatensis in  
hoc oppido fundator magnificus, qui  
obijt Mechliniæ anno Domini M. D. 19.  
Nouemb. xv. R. I. P.

R V A R D I T A P P E R I æreæ

laminæ insculptum.

D. R V A R D O T A P P E R ab Enchusia,  
Theologiæ Professore celeberrimo, Deca-  
no, Cancellario: quod suâ incomparabili  
doctrinâ, auctoritate, hunc chorum annis  
xxi i i i. Scholam xxx ix. rexit, docuerit;  
quod supremus Fidei inquisitor, patriam  
sectis purgare salutaribus doctrinis, etiam  
libris ad hoc editis complere studuerit:  
quod Catholicam religionem hæresibus  
vexatam ad Tridentinum Concilium è  
Belgio primus euocatus, constanter de-  
fenderit: quod sui temporis Pontificibus,  
Carolo v. Cæsari, Philippo Hispp. Regi  
non immeritò charissimus fuerit, memo-  
riæ ergo positum. Obijt Bruxellæ Anno  
Domini M. D. L. ix. Martij 11. Aetatis verò

LXXI.

LXXI. Pauperibus omniū bonorum heredib. institutis. Eius animæ pacē precemur.

*Hæc sunt insculpta eidem lamina  
in forma libelli semiaperti.*

Opus explicationis articulorum Fidei, dū seriò præ manibus habet, pius hic vir, reliquæ parti extremam impositurus manum, sicut alias frequentissimè, ita tum quoque ad negotia publica ad Reg. Ma. inter medios ipsos labores foras euocatur, vbi apoplexia correptus, non ita multo post vitâ defungitur.

*Deus misereatur eius.*

Honorarium.

**D**efunctus vita, longique laboribus aui,  
Hæc, Batanus situs est ille R V A R D V S humæ  
Quem licet in serâ Parca rapuere senectâ,  
Et vitæ saturum sopiit alta quies;  
Lauanium, velut immaturo funere raptam  
Deslet, & effusis conqueritur lacrymis.  
Ingeniumque sagax & amans virtutis & æqui,  
Et pectus purum, condita sunt tumulo.  
Nunc igitur lugete viri, lugeto iuuenta:  
Quæ pia pandebat dogmata, lingua tacet.

IN SARCOPHAGO.

Viuus mori qui cogitat,  
Sperat perennem gloriam.

CONRARDI GOCLENI Collegii  
Buslidiani publici Professoris.

**C**ONRARDVS iacet hic GOCLENIUS,  
alter Erasmus

Ingenio, linguâ, moribus atque fide.

Hunc

*Hunc lugete virum Græcæ Charitesque Latine,*

*Et decum amissum Bursidiana domus.*

*Ille scholarum auxit pomaria lata Louani,*

*Traxit eo omnigenum millia multa vium.*

*Immatura quidem rapuit te Parca disertum,*

*Vix dum condideras integra lustra decem.*

*Premia sed voluit Christus tibi digna labore,*

*Et festinatas reddere delicias.*

Conrado Goclenio, liberalium Trilinguisque Collegii Latino Professori facundiss. ac conseruatori opt. nec non Canonico Antuerpiensi, amici poss.

Obiit anno M. D. XXV. ante diem VIII.

Kal. Feb.

*Conuersioni D. Pauli Apostoli Sacr.*

Aliud per ALARDVM AMSTELRODAMVM

**E** Cquid in omnigenis Natura dotibus vsquam est,

Ingenij Praeses quidue Minerva parit,

Quod non ingenio studioque GOCLENIVS omne

Prendit & absoluit non sine iudicio?

Quicquid habent nitidi diuina poemata cultus,

Exprimit hoc doctis vndique carminibus.

Omnia Rhetorici tenuit praecepta nitore,

Astrorum motus commemoratque situs.

Novit Athlantiaci metiri pondus olympi,

Queque sub ambobus tenditur ora polus.

Quicquid in historiis sacris iuxtaque profanis

Scriptum est, excussit, calluit, edidicit.

Ornando eloquio natus, natusque fuganda

Barbaria, cuius maximus hostis erat.

Multis implicitus curis, multoque labore

FRACTUS, & exhaustus hac requiescit humo.

D. O. M. S.

D. O. M. S.

Suc-  
cessit  
Go-  
cle-  
nio  
Nan-  
nius.

D. PETRO NANNIO Alcmariano, Presb.  
& Canonico Atrebatensi, viro doctiss. hu-  
maniores litteras in celeberrimo Colle-  
gio Bussidiano xviii. Ann. professo. Si-  
gismundus Frid. Fuggarus Baro in Kirch-  
berch & Viana, B. M. & amico paterno me-  
morizæ & virtutis ergo, iussu parent. opt.  
Pos. Vixit ann. LVII. obiit anno M. D. LVII.  
Die XXI. Iulij.

**N**ANNIVS Alcmarius fuerat qui natus in ora,  
Tectus arenoso conditus ecce loco.

Heu quanta probitate virum mors inuida stravit.

Heu quantum nostro sustulit orbe decus!

Hunc coluere olim Græcæ, Latiaque foreas,

Hunc fouit gremio doctus Apollo suo.

Hunc studiosa cohors saepe est mirata docentem.

Mirata est tanti labra diserta viri.

Et nunc qui toties veterum monumenta relegit,

Qui toties cecinit carmina prisca, facit.

Hadrianus Hecquetius Carmelita  
amico lugens poneb.

Ibidem.

DIONYSIVS WISSCHAVEN Mechlini-  
ensis, huius templi Presb. Canon. Artium  
ac Decretorum Doctor celeberrim. qui  
xxviii. ann. Decreta prælegit, summi-  
que semper laboribus Christianam rem-  
pub. adiuuit, obiit magno sui relicto desi-  
derio, anno Virginæ partus M. D. xxxi.  
Mens. April. Die vii.

D. O. M.

D. O. M.

Viro pietate, litteris & integritate vite  
conspicuo GVIDONI MORILLONO, Cae.  
v. Imp. Cae. Aug. à secretis, lectissimæque  
matronæ ELISABETHÆ DE MILCHUS con-  
iugi opte. piissimisque parentibus, & AN-  
TONIO MORILLONO fratri chariss. qui  
summo sui apud eruditos obingenium &  
doctrinam, relicto desiderio in ipso ætatis  
flore è viuis sublatus est. MAXÆMYLIANVS  
MORILLONVS Presb. i. v. Licentiatus &  
Præpositus ecclesiæ Arien. monumentum  
& sibi viuens Pos. obiit ille II. Octob. M. D.  
XLVIII. Illa XX. Sept. M. D. LII. Hic verò  
X. Octob. M. D. LVI. MAXÆMYLIANVS ...

Ibidem.

Conditur substrato lapide HENRICVS  
DE HOYTERLE, artium magister, presb.  
huius Ecclesiæ Scholasticus, Dominici se-  
pulchri peregrinus & cultor. Hic Bur-  
sarios in S. Theolog. IIII. pueros, S. Petri  
honore VII. missas in hebdomada istic,  
aliaque dotauit opera pia ac instituit.  
Obiit anno M. D. XI. Ianuarii II.

D. M. S.

*Gymnasiarcha cubat Falcomius ille sepulchro*

*In hoc,iator. siste, dum mores probos*

*Virtutem omnigenasque viii artes nomina discas*

*Vel vno. Hic ille est NICOLAVS BINCIVS.*

Obiit anno M. D. V. XX. Iunii.

Ibidem.

Conditus hic facer D. IOANNES MOR-  
ILLONVS

O

NVS

NVS Louaniensis, S. Theologiae Professor,  
Apostolicus ac Regius librorum Censor,  
Ecclesiaeque huius Canonicus, qui editis  
libris clarus, & insigni condito testamen-  
to, quo pauperibus studiosis ad curam pa-  
storalem serid se præparantibus annuos  
trecentos florenos legauit. obiit hic Lo-  
uanii, magno sui relicto desiderio an. 17.  
15. LXXXV. Septemb. XVIII. cuius anima  
requiescat in pace. Amen.

AD MANES MOLANI. G. B. H.

**S** Aluete ò magni Manes, saluete, MOLANI,  
Volaere ne pigeat, quas damus inferias.

Hac sunt quæ vini quondam mernistis & ipsi  
Debemus, vestrum est omne quod offerimus.

Quæ quia non licuit vobis persolvere viuis,  
Defunctis licuit; nos etiam decuit.

Exemplo IANI discant iuuenesque senesque,  
Viuerè posse animo, corpore posse mori.

Vnus utrumque (satis sit cum dixisse) MOLANVS  
Præstitit, hac iuuenis, prouidus illa senex.

MOLANVS DE SEIPSO.

**N** Vllâ meum condent Lethæa obliuia nomen,  
Clarus & à sera posteritate colar.

Id facient Diui, quorum pia facta tenebris  
Eripui, calamo restituique meo.

Forſan & æthereæ præconem sede locabunt  
Numina, ero sacri parsque aliquando chori.

Ibidem.

Doctiss. viro M. ANDREA A GENNÉP  
Baleno, qui linguam Hebraicam in Col-  
legio

legio trilingui Buslidiano xxxvi. ann. publicè professus, obiit 1111. Id. Februarii, an. M. D. LXVIII. natus ann. LXXXIII. Ad-  
iunctus vxori suæ ROBERTÆ A DOERNE,  
quæ superioris anni xvi. kal. Ian. obierat.

**M** Igrauit octogesimo quarto senex  
Aetatis anno functus integerrimè.

Sex atque triginta per annos publicè  
Sacras Hebraeorum professus litteras,  
Linguamque callens optimè sanctissimam.  
Buslidiano gloriam collegio

Sibi que fauorem comparauit omnium:

Dum consulens benignus agrotantibus

Ope Medica multis salutem contulit.

Nunc liberatus omnibus molestiis,

Fruitur beato calitum consortio,

Nomine relicto posteris laudabili.

CORNELIUS VALERIUS carmen.  
hoc subito fufum amico consecr.

D. O. M.

CORNELI VALERI  
VLTRAIECTINI

In la-  
mina

OSSA

HEIC CONDITA, EE CONSUMPTA:

NOMEN

ADSCRIBERE ALIENA PIETAS VOLVIT.

AN ALIENA TAMEN?

A DISCIPULO VENIT

ET QUANTVS ILLE CUI VENIT!

MERUIT:

IVVENTVTEM BELGICAM

ORÆ ET STILO

© 2

IN



**P**ETRI THENENSIS *nomine at non patria,*  
(*Natalis illi nam locus Louanium*)

*Sub hoc locello conteguntur puluëres,*

*Qui & artium Iurisqve vtriusqve insignia*

*Cum laude consecutus, ornavit scholam*

*Legum Professor publicus decennio;*

*Annisqve his decem explicauit Canones,*

*Frequenter interim assidens & Iudici.*

*Quin & Retornacensis, Hermeti sacra,*

*Gauidebat hoc ornata Decano Ecclesia.*

*At mortuus prodest tamen, nam perpetim*

*Suis alumnum Iuris opibus educat.*

*Huic, quisquis es, Deum precare propitium.*

Obiit III. Id. Decemb. An. M. D. XXIII.

Ibidem.

Venerabilis & eximius I. G. D. MI-  
CHÆL DRVSIVS, ortus ex Volckerinhoue  
terri-

ET MONUMENTA BRABANT. 213  
 territorii Castletensis, artium & I. V. Do-  
 ctor, annos xxviii. ordinarius Decreto-  
 rum Professor, huius Ecclesiæ Presbyter,  
 Canonicus & Decanus, Academix Lou-  
 nensis Cancellarius, Spiritualis curiæ Re-  
 uerendissimi Episcopi Leodiensis Officia-  
 lis, nec non hereticæ prauitatis Inquisitor  
 generalis, fundator Collegij DRUSIANI,  
 continuis summisque laboribus ac vigi-  
 liis, causa Reipub. Christianæ confectus,  
 obiit xvi. Sept. M. D. LIX. ætatis suæ Lxiii.  
*Cuius anima Deus misereatur.*

### Ibidem.

Venerabilis vir D. & magister IACO-  
 BVS LATOMVS, huius Ecclesiæ S. Petri Ca-  
 nonicus & S. Theologiæ Professor clariss.  
 qui hæreses contra Catholicam fidem suo  
 tempore grassantes, doctrinâ & libris edi-  
 tis profligauit: vir sane multæ eruditionis,  
 pietatis ac modestiæ H. S. E. obiit anno Do-  
 mini M. D. XLIIII. Maii XXIX. R. I. S. P.

Conditus est in eadem D. PETRI ad-  
 ead patrui sui tumulum IACOBVS LATO-  
 MVS iunior, qui obiit iv. kal. Aug. an. 1610.  
 xcvi. vbi versus istos in vtriusque ef-  
 figiem se legisse narravit amicus noster  
 D. AVBERTVS MIRÆVS..

**L**ector, in hac gemina miraris imagine vultus,  
 Miraris LATOMVM cumquæ minore senē?  
 Hic primus fidei subiecit terga ruentē,  
 Connellens fraudes dire Luthere tuas.

*Alter ab ingenio studiorum lata secutus,  
Contulit in faciles plurima sacra modos.*

**IBIDEM** in lamina.

*Viator adsta parumper, & manibus  
Piis pia precare, te quoque mortalem cogitans.*

Monumentum istud D. ac M. GVILIELMO HORPMAEL SVLRENO, Collegii Stan-  
donici IX. Ann. alumno totidemque præ-  
fecto, ibidem III. paupp. studiorum subsi-  
dia relinquenti: ac illultriss. D. MARIE  
DE HAMEL, Marchion. de Aerschor, Dom.  
de Ceruia, matronæ pliss. à sacris confes-  
sionibus ann. XIII. huius templi Sacerdoti  
castiss. ann. XLV. & D. PETRI CVRTII Pa-  
storis vigilantiss. Vicario B. M. ann. IIX. in  
spem futuræ resurrectionis quiescenti,  
grata posteritas P. C. obiit VI. Non. Martij  
an. M. D. LXX. Vixit annos LXXXII.

H. M. D. M. A.

**Ibidem,**

**A**bstulit è vivis BOGARDVM sera IACOBVM  
Mors, sed ab annoso saepe vocata sene.  
Corpore quandoquidem iam fractus, pectore toto  
Spirabat Christum, Caticolumque choros.  
Sancta maritalis servavit fœdera lecti,  
Clarum septena prolii honore pater.  
Coniuge defunctâ, thalamum thedæque perosus  
Sacra sacerdotis munia castus obit.  
Annis triginta nec non sex, dogmate certo  
Hic docuit medicæ gymnasiarcha scholæ.

**Denique**

*Denique tam exactè virtutem perculit omnem,  
Mortuus ut errati postulet ipse nihil.*

Obiit an. Domini M. D. XX. XVI. I. mens. Iul.  
D. O. M.

Hic è regione sepultus est D. ac M. IO-  
ANNES LENSÆVS Belliqlanus, huius ec-  
clesiæ Canonicus, ac Regius S. Theologiæ  
Professor celeberrimus, qui hæreses suo  
tempore grassantes, tum viva voce, tum  
editis scriptis strenuè profligavit, & mo-  
riens II. Iulij, CIO. IO. XCIII. doctis omni-  
bus summum sui desiderium reliquit.

Ibidem.

Heu flos iuuenum  
quomodo abiisti  
præcipiti fato?

ANTVERPIA genuerat  
stirpe nobili,  
indole eximia:

LOVANIVM rapuit  
studiorum in cursu,  
sed cælo reddidit  
cælo dignum.

IOANNI TVCHERO Fil.

mæstus parens ROB. TVCHÆVS pos.

Obiit IX. Octob. Anno M. DCV.

Annos natus XIX.

OVITA LONGA VILIBVS, BONIS BREVIS!

Ibidem.

Egregio iuueni BARTHOLOMÆO SNOVCQ.  
GANDA gemis cinē rapitū, LOVANIVM honorē,  
*Vtraque sat causa, cedo, doloris habet.*

*Sed quia morte polum petiit iuuenilibus annis,  
Tristia Thrausina vixit membra regi.*

IN THOM. D. OL. M.

CL. ac doctiss. viro D. VLMARO BERNAR-  
TIO. Eeckensi, artium & r. v. Doctori &  
primario Professore iuris Canonici, ab eo-  
duos & xxi annos explicati, huius Ecclesie  
Canonico, & Vniuersitatis sextum Recto-  
ri qui novine ordinis Ecclesiastici huius  
regionis Concilio Tridentino interfuit,  
hered. m. xxi. Poss. obiit anno Domini M.  
D. LXX. xxi. Feb. Annos natus LX. Relicto  
ad duorum Iuris studiosorum alimentum  
reditu LX. aureorum. Et pacem precare.

### Ibidem.

Hic è regione sepultus est D. IOANNES  
HESSELS à Louando, sacerdos, huius ec-  
clesie Canonicus & Regius S. Theologiae  
Professor, vir celeberrimus & pietate ac  
eruditione incomparabilis, qui hæreses  
suo tempore grassantes, tum viua voce,  
tum editis libris strennuè profligauit, &  
moriens Louanii vii. Id. Nouemb. Anno  
incarnati verbi M. D. LXXVI. ætatis vero suæ  
XLIII. p. is doctisq.ue omnibus, & Theo-  
logiæ imprimis scholæ maximum sui de-  
siderium reliquit. Orate pro eo.

### MEMORIAE SACR.

IOANNES WAMESIVS H. S. E.  
Quem breuiter Lector nosce.

Natus

ET MONUMENT. BRABANT. 217

Natus Leodici Eburonum A.M. 10. XXIV.

Ad studia inde Iuris transijt,

In ijs quoque famam adeptus, etiã Græcis

Natura & Industria duce.

At in Iure ad culmen ipsum conscendit

Doctor renunciatus A. M. 10. LIII.

Publicè Profess. in hac schola A. M. 10. LVI.

Deniq; primarius antecessor A. M. 10. LXX.

Hoc munus cum laude annos xx. obiit.

Primoribus gratus, vulgo venerabilis,

omnibus charus:

Breuiter doctrina, prudentia, auctoritate,

inter æui sui primos.

Obiit diutina inualetudine. A. M. 10. XC. XI.

kal. Sext.

Iste vir fuit, Lector, sed fuit,

Tu quoque quod es, non eris.

Alius alias, sed omnes huc imus.

Cogita, & huic bene apprecare,

Ita posteri tibi.

Magne Deus ipsi & nobis miserere.

Heredd. P. P.

D. O. M.

Et pijs manibus M. HERMANNI FRAN-

CISCI DOVERSCHIE Delfensi, Petrus

Franciscus Douerschie fratri charissimo

frater moestiss. Pos.

**H**oc tumulo HERMANNI DOVERSCHIE

membra quiescunt,

Quem fratri snuxit fratris amica manus.

Delfica cui dederat tellus primordia vita,

Louanium eradijt moribus & studijs.

O 5

Et

Et iuuenem primo legum insigniuit honore,

Vix licet impleffet lastra quaterna semel.

Quis iustas igitur posset prohibere querelas?

Quis fratrem ad fratris flere vetet tumultum?

Vixit ann. XXI. obiit A. CIO. IO. LXXII. III.

Non. Iunii Cuius anima Deus sit propitius.

D. O. M.

**P**ictore patre natus hic iacet puer,  
Opusque patris est quod vides, & non vides.

Res qua fuit, non est; sed umbra istac manet.

Res ipsa quinque spatia Solis egerat,

Cum Deus ab ista luce ad eternam vocat.

O vita brevis! ô BYLLA HOMO! si cogitas,

Tu breuia sperne, anhela ad immortalia.

IVDOCVS VANDER BAREN moestus Pater,  
affectus & artis suæ hoc specimen posuit,

DANIELI SVAVISSIMO filio,

Qui obiit XII. Kal. Iunias, M. IOCC.

Cum vixisset annos quinque, menses cir-  
citer v.

HVC PRIMVS ET VLTIMVS ORDO.

Sub turris Louaniensis imagine cadentis.

**H**omo fragilis est, & quidquid ab humana manu.  
Ruinas has vides & reliquias? turris fuit:

Sic summa cadunt.

Et structuris non senectut tantum suæ, sed morbus est.

Stare etiam hoc opus poterat

Citra senectutem nisi fatum fuisset.

Cecidit pars, sine anteris austrina maior, hora 4. mar.

XIII. Kal. Ianuar. M. IOCCIII.

Minor, sine media, hora III. à meridie. IV. kalend.  
eiusdem mensis & anni.

Triton

*Triton fabril manu demissum, ipsis nonu:*

*Crux & fastigium, prid. eid. Ian. M. IDCIV.*

*Campana item maiores, v. eid. Febr.*

Erycius Puteanus pos.

IN D. IACOBI,

quod cepit initium anno M. CC.

Nobili variaque eruditione vtriusque  
linguæ monumentis claro viro GVLIEL-  
MO CANTERO Ultraiectino, qui XXXIII.  
ann. natus minus LXVI. diebus, obiit xv.  
kal. Iunij, an. M. D. LXXV. fratri suo chariss.

Theodorus Canterus pos.

**M**ortuum ante diem, longo dignissimus ævo,  
Guilielmus heu! Canterus, heu meus occidit.

Quo mihi discipulo iuuenis non carior alter;

Quo iam viro coniunctior nemo fuit.

Hinc studium à puero, coniungere Græca Latinis,

Sermone linguam excolere, pectus artibus.

Exarare stylum: Doctorum voluere scripta:

Notare & observare passim plurima.

Ardua dehinc adijt mysteria fontis Hebraei,

Lingua expolitæ omnium sanctissima,

Heu mihi quantum erat grauiore ætate futurum,

Qui lustra sex, annosque tres modò vixerit.

Occidit ille quidem ante diem, sed docta manebunt

Monumenta multis comparata laboribus.

Corn. Valerius discipulo cariss. scripsit.

Ibidem.

Venerabilis vir D. IOANNES DRIEDO  
à Turnhout, dū vixit huius ecclesiæ Pastor,  
D. Retri Louaniensis Canonicus, artium  
& S. Theologiæ Professor celeberrim. qui  
hæreses



hæreses cōtra catholicā fidem suo tēpore  
ingrassantes, multis doctissimis libris à se  
scriptis & editis, profligauit. Vir sane mul-  
tijugæ eruditionis & pietatis, humanitatis  
ac modestiæ singularis, obiit atque hîc se-  
pultus est à natiuitate Domini CIO. IO. LV.  
III. mens. August. *Orate pro eo.*

IN D. MICHAELIS TEMPO,  
Portæ murorum veteri superstructo, anno

M. C. LXV.

D. S.

PETRO PECKIO Regio in magno Se-  
natu Belg. Consiliario & supp. libell. Mag.  
Ziriceæ nato, Mechliniæ A. D. XVII. kalen.  
Aug. A. CIO. IO. LXXXIX. denato. Louanij,  
vbi multis annis ius enarrarat, apud suos  
deposito, inque hoc, inque illo munere  
publicè bene mer. scriptis claro, pietatis  
colentiss. omnibus bonis amico, cleri stu-  
diosiss. CATHARINA GILLIS Vid. & lib.  
poss. Vixit ann. LX. D. I.

*Bene quiescat in Christo Iesu.*

Ibidem.

**M**elchior hoc tumulo soboles Vlierdæna quiescād  
Cuiulichen celerē mors trutulēta necem.  
Nobilis vrbs patriam dederat quam Schaldus inundas  
Sed patrium vicit nobilitate solum.  
Deuictū inuenis mortem deuicit iniquam  
Namque in perpetuum vita pudica viget.  
Membra sepulta iacent virtus generosa superstes  
Extremum pietas nescit habere diem.

Calicollm

*Calicolū numero tandem numeretur ut ille.*  
*Sedulus exora, lector amice, Deum,*  
 Obiit postri. Idus Octob. 1569. ætat. suæ 18.

## AD MARTINIANOS.

Initium ab HENRICO WELLEO, in H.  
 Petri Sacellano, anno M. CCCC. XXXIII.

# Epitaphium IOANN. A MOGVNTIA

primi monachi apud Martinian.

**E**cce Moguntina vixi certissima gentis  
*Progenies, tellus quem peregrina tegit.*  
*Sed natalitios diuino munere fines*

*Deserui, & quidquid patris dulcis habet.*  
*Clasicus Aurelio tandem sub principe miles,*  
*Signifer hac diuā primus in arce fui:*

*Scriptaque supremo liqui pro munere chartis*  
*Fratribus, ætatis seu monimenta mea.*

*Annosum hinc miserata senem Natura dolori*  
*Præcluserat fato prædominante viam.*

*Si prius ingenuos potuisti inflectere sensus*  
*Da paradisiacam mi Paraclete domum.*

## ÆGIDII WAELRANS I. Prioris.

**H**oc pausant primi nostra domus ossa Prioris  
 ÆGIDII WAELRANS incinerata loco.  
*Virtute insignis Conuentum sollicitauit,*

*Annis biu tredecim dignus honore pater:*  
*Auxit structuras, fratres conscribere libros*  
*Ossa heris iussit quotibet ipso die.*

*Præfuit exemplis, vitæ quoque moribus almis,*  
*Quod virtutis erat fratribus exhibuit.*

*TV Lector Montis æstans, sic COLLIGIS annos,*  
*Ternâ luce sui Iunim abstulit hunc.*

Dona

*Dona Christe sibi cum Sanctis gaudia sursum,  
Cum requie & pauset anima posco. Vale.*

HENRICI DE PONTE II. Prioris.

**H**ENRICI DE PONTE tegit lapis iste sepulchrum.  
Corporis exuvias. Stamina Parca tulit.  
Fratribus ex primis Prior hic, Pastorque secundum,  
Vir bonus & prudens, carum ubique fuit.  
Quaque labore pio pecudi prodesse satagit,  
Crevit amor Christi, crevit arena Tagi.  
Huiusmodi & denis claustrum ut bene rexerat annis,  
Reliquias carnis hac cineravit humo.  
C quater, M que semel, duo, bis x. l. dabit annum,  
Festa Dionysii praeueniente die.  
Funde preces Christo, supplex roget intus Lector,  
Ut sibi se sursum det sine fine frui.

ANTONII III. Prioris.

**H**ic iaces exanimis virtutum lumine quondam  
Tertius insignis, heu! Prior ANTONIUS.  
Praesuit exemplis praeclaris fratribus ipse,  
Et semper vigili mente Deum coluit.  
Annis undenis quasi claustrum rexerat annis,  
Dum se de medio mors violenta tulit.  
Dant L, M que semel, x. l. ter, C quater annum,  
Mortis Lambertus dat sacer ecce diem.  
Christo funde preces quicquid calcas, ut sibi sursum  
In regno requiem det pietate sua.

VENERAB. P. D. IOANNIS GLOMERII.

**V**idit ut exitium per Belgica rura, per urbes  
A primis placita religionis anis,  
Corpore disiungi, propius coniungier optat,  
Qui sua vita Deo delitiae fuit:

*Quem*

*Quem tulit inclusum tectis sub corde medullis.*

*Vni cui perpes cura placere fuit.*

*Ille domus quondā Throniana gloria GLOVWENS*

*Dictus IOANNES, hac tumulatus humo,*

*Cuius ad exemplar, vitam, moresque dolare*

*Lector ama, ad superos ut sine labe migres.*

*Integritas vita, mores sine crimine puri,*

*Certior ad Diuū gemmea regna gradus.*

*Obiit xviii. kal. Septemb.*

*Anno Domini M. D. LXXXVIII.*

*Ibidem.*

**F. MARTINVS LIPSIVS** Bruxellensis vir egregie doctus, & qui perpetuo studiis, quibus & immortalis est, incubuit. in castigandis veteribus auctoribus usque ad supremum spiritum infudans. Testantur id opera Augustini, Hilarii & aliorum multorum ex ipsius recognitione edita. Testis est & ipse Macrobius cum Symacho ab illo castigatus. Fuit praeterea vir iste D. Erasmi Roterodami amicitia & scriptis epistolis fatis clarus. Praefuit monasterio<sup>Mo-</sup> Crucelensico cum multo ipsius coenobii<sup>naste-</sup> fructu. Moritur Anno c15. 15. LV. Martii<sup>ium</sup> xxiiii. die, ibi honeste sepultus. <sup>est.</sup>

*Ibidem.*

**R** *Ecce perpetuo tenore vita*  
*Et constanter, & ad perennitatem*  
*Doctos qui coluit, pios & omnes:*  
*Non ipse impia qua nocere possunt*  
*Seclatim studia, eruditum ipse*  
*Hanc GARETIVS vnam habet, suisque*

*Ebu-*  
*ronū*  
*terrā,*  
*quod*  
*Cru-*  
*cis*  
*Lemū*  
*dicat.*

*Hic*

Hic est. Cum Apud am choro vel vllum  
 Si commercium habes Deum proceris  
 Exhortor, moneoque te Viator:  
 Eum denique, carne qui soluta  
 Humanas animas laboriosis  
 Viuentum precibus docet iuuari,  
 Ne graueri pios iuuare Manes,  
 Lectis & violis rosisque, casta  
 Illius venerare busta, famâ  
 Qui notissimus, editisque libris  
 Indelebile prorsus obtinere  
 Nomen perpetuis meretur annis.  
 Et si vermis homo cuiusque fiat,  
 Morte & palliduli cadant ocelli,  
 Nullo vnquam, meliore qui per orbem  
 Venit parte sui, interibit aeo.  
 Dum clari Phario solo Colossi  
 Stabunt, nomen erit GARETIANVM.

Memoriz F. IOANNIS GARETII Ca-  
 nonici regularis, ordinis D. Augustini, Ec-  
 clesiastæ celeberrimi, & SS. litterarum  
 studiosiss. qui mortem obiit ipso D. Agne-  
 tis, anno M. D. LXXI.

SVPERIS REFLORESCAT.

Venerabilis P. D. IOANNIS VLIMMERII,  
 multæ eruditionis variæque lectionis  
 viri, suæ quondam domus Prioris.

**I**ngenum sortitus eras per nobile, qualem  
 Attribuit caris largior astra poli.  
 A puero Pietas, calo gratissima virtus  
 In sedis, stimulum subdere colla Deo.

Hoc

ET MONUMENTA ERABANT.

225

*Hic mihi factum, commencia. vixit. vultu.*

*Effugia. et patri commoda. laeta. leno.*

*Numina. correptus. deum. Lyca. frequenter.*

*Que de MARTINI Numine nomen habuit.*

*Adfuit ingenii praeclaris. arte. Palatinorum.*

*Qui studiat. tenues. accumulavit. opes.*

*Viribus ingenij. innotuit. monumenta. vetusta.*

*Excitit. vnde. tuis. parva. corolla. comis.*

*Inde. gradu. facta. sublimis. saepe. honoris.*

*Emergens. propria. sceptris. decora. domus.*

*Iam. tantis. opibus. tunc. vita. dare. beatus.*

*Tangit. facili. hydra. calva. viator.*

*Sed. nihil. in. rebus. mortalibus. indigne. felix.*

*Respectitur. varias. sorte. premente. vices.*

*Tu. tamen. integra. Fidis. sanctique. laboris.*

*Accipis. emerina. praemia. militia.*

*Obiit. anno. ciro. 13. xcv. 11. Febr. 11. die.*

Ibidem.

Doctiss. Theologo, piissimo Sacerdoti,  
Philosopho, disciplina, moribus absolutis.  
Iustitiae & privilegiorum Vniuersitatis de-  
fensori inuicto, deceptantium pacificato-  
ri æquiss. D. IOANNI FORTI MIRRECA-  
NO, Collegi Buflediani Praefidi, quo in de-  
spiciendo quæ ad Rempubl. pertinebant,  
nemo fuit sagacior, rursus nemo in perfic-  
iendo constantior, nemo ab omni ambi-  
tione remotior, ut qui vltro oblatae digni-  
tates & ampliora sacerdotia, mediocritate  
contentus, singulari animi modestia recu-  
sarit, consiliisque re & opera in omnes

P

perpe-

perpetuò liberalissimè vsus, incredibile  
sui desiderium, & mœrorem incompara-  
bilem, tum ciuibus, tum toti Academię re-  
liquit.

IOANNES FORTIS MIRBECANVS PRO-  
FESSIONE THEOLOGVS, SED NVLLIVS  
FERE DISCIPLINÆ IGNARVS, VIR CE-  
LEBERRIM. OB CLARISS. VIRTUTES,  
NOMINIS, HIC SIBI SEPVLTVRAM DE-  
LEGIT. MORTVVS ANNO DOMINI M. D.

XXXV, V. APRILIS.

*Inuitus terram qui deserit, calum timet.*

Integerrimi Doctiss. Q. P. D.

IOANNIS COSTERII  
cognomine COLUMBA, Prioris in valle  
Martiniana Louanii.

Epitaphium.

**H**ic ille IOANNES iacet COSTERIVS,  
Omnis venusti tam absolutus artifex,  
Vt Gratiarum pectus illud aureum  
Vel deiet asses proprium domicilium,  
Linguam catenam, verba cornu copia,  
Ipsumque verum mentium Cupidinem,  
Quibus valebat sic ligandis omnibus,  
Vt nemo vellet vinculis his eximi,  
Captiuitatem mallet esse perpetem.  
Atque tametsi vultum haberet Portia  
Oculis columba (nomen vnde est inditum)  
Sacris vacaret, innocenter viueret,  
In flore, nec dum ter tribus, sublatu est  
Lustris peractis. tam cadauer horridum  
Quam fuerat antè amor & voluptas omnium.

*Supereſt*

*Supereſt Viator, hoc tenore viuere,  
Quo noſtro, vt ille hinc, exeamus commodo.*

IOANNES LATOMVS dictabat mœſtus,  
Prior in Throno Mariæ. Vita functus eſt  
anno Domini M.D. LIX. Martii ix.

In eundem IACOBI LATOMI Epigrāma.

**C**OSTERIVS iacet hic, ſatis hoc monuiſſe, Viator,  
Nempe quiſ audito nomine plura roget?  
Sponte tibi hic ſubeunt niuci & ſine crimine mores,  
Canaq̃ue cum ſumma religione Fides.

Inuiſtum peſtum nulli penetrabile culpa,  
Virtutis cupidum, nequiſiaq̃ue fugax.  
Intentum ſtudiis ſemper ſanctoq̃ue labori,  
Denique per cunctos vita probata modos.  
Artibus in calum ſi quis graſſetur eiſdem,  
Expectet placidum, poſt ſua fata, Deum.

NÆNIA ἐπιγραμματικὴ. Eiufdem LATOMI.

**Q**UO hic? Columba, humata ne?  
Humata. Auſne Amathuntia?

Non, ſed pudoris. Cypria?

Non. è Papbo? non. Chaoni?

Minimè. Nec illa Aruntij

Stella? nec. Vnde honoris hoc

Colamba? ob innocentiam,

Rarasque dotes. quid ampliùs?

Ob os probum, linguam auream,

Frontis niuem, genarum ebur,

Ignita lumina, candidum

Peſtum, reliquaq̃ue turturū.

Cuius voluptas? omnium

Mortalium, immortalium.

Quo phylitro? habebas oſcula,



Et aureum Cupidinem.

Puella ferox? falleris.

Mutemur sexum? Atatulum

Simul. Ergo vis fuit?

Fuit. procreatus ubi? Loranij.

Et quid professus? ordinem

Monasticum. quo tibi gradus?

Supremo. obijt grandior?

Vnum hoc dolemus (o dolor!)

Quod ante messem debitam

Sementis illa exaruit;

Qua spem tenebat omnium.

Nunc nemini non decessit.

Vis ergo diuinem? pates.

Quid, si meum COSTERIVM?

Is ipse est: is ipse est.

Sic lucri feci lacrumas?

Commune cum hominis malum est.

At quid precabor manibus

Viri optimi? nihil. nihil?

Vir optimus non indiget.

Quid ergo? Viues integer

Vt optimis coniungier

Et hic queas, & postea.

Quid tibi? iubebo saluam.

Quid mihi? vale COSTERIVM.

Ibidem.

CAROLVS TEMPELIUS H. S. E.

pari dum vixit virtute ac stirpe vir,

sago clarus & toga.

In Aula, Militia. Rep. fuit, ac resplenduit  
temporibus turbulentis.

In

ET MONUMENTA ERANT. 229

In Aulâ fuit, & Mariæ Hungariæ Reginæ  
inter Nobiles Honorarios:

Sed in militia Caroli v. & Philippi ii.

signa fecutus, Ductor ipse Centuriæ,

Demû in Rep. cû sapitûs Bruxellæ Cõsul,  
itemq; Louanij Prætor ann. cõtinuos xxx.

Eques Auratus iâ inde à Philip. ii. factus.

Tandem in otio, senio, morbo, sed breui  
decessit:

vitam non reliquit, sed mutauit.

Hoc est viuere, sic mori, vt secundo vitas:

Hoc est mori, sic viuere, nequid mors de-  
libet.

Non moritur, qui sic vitit:

Non vixit, nisi qui sic moritur.

*Erycius Puteanus auct.*

IN TEMPLO ABBATIALI D. GER-  
TRVDIS, quod Henricum Primum Ducẽ  
auctore inscribit. Conditum est A. M. CC. VI.

In summo Choro.

**H**OS DENO vitâ rapiunt heu! fata, PHILIPPO  
Corpus humo relictum nobilissimâ vna tenet.

Orbe virescens toto virtus & fama superstes,

Claudi Nobilitas nec pia facta querunt.

Namque enim coluit deuotâ mente supremum,

Vix vt ei similis Religione foret.

Rebus in afflictis vrbis solamen, egenis

Subsidium, plebi grande leuamen erat.

Pauperibus placidus semper, magnatibus æquus,

Omnibus hospitum iure benignus erat.

Moribus, ingenio, vitâ, virtutibus altis

Stirpis adornatâ nobile stemma sua.

*Illius curishac tuta Academia mansit,*

*Inuiolata stetit regula Cœnobij:*

*Quod multis auxit libris domibûsq̃ue struendis,*

*Et quo subsitus est, hoc quoque fecit opus.*

*Hic sex atque decem rexit feliciter annos,*

*Exemplo, studijs, officijsq̃ue pijs.*

*Hunc vitâ cassum lugent Pietasq̃ue Fidesq̃ue,*

*Mastaq̃ue paupertas orba parente suo.*

Obijt xviii. Maij, Anno M. D. LXIX. huius  
cœnobii sextus Abbas, & almæ Academiæ  
Louaniensis conservator, cuius anima re-  
quiescat in pace.

Ibidem.

**H**ic iacet ALARDVS nō mētis acuminetardus,  
Dicitur MILLENVS cognomine, qui bepa plenus  
Omni doctrina, nec non variâ medicinâ,

Mille sciens artes, pueros docuit bene partes.

Nobilis ut pictor, vitrorum sic quoque fictor.

Presbyter & rector, verbi sacri quoque Lector.

Cantor, & in sacris illi vox stridula & acris.

Utq̃ue moderator puerorum sic bene amator

Sancæ GERTRVDIS, qua munera mille retrudit.

Omnia & emebat, placuit quodcunque videbat,

Atque domi vixit, solus mensa & benedixit.

\* alij \* Norat Latinam linguam, Græcamq̃ue & Hebræâ,

legūt: Omnia cū sciuit, mortem superare nequiuit.

Hic Obijt anno salutis M. D. LXXII. x. Martij.

nouit Eiusdem per CAROLVM SCHETZIVM.

Latias Græcas, **H**ospes siste gradum paulisper, respice cuius

nec Offa sub hoc sacro sint tumultata solo.

nō & Nil ipsum latuit, cunctas pernoctat artes,

Hebræas. Nullus ille hominis viuis egebat ope.

Sed

*Sed tam felici, tandem mortalia vite*

*Stamina praeclidit de tribu una soror.*

VICTORIS BROUWER SHAVERI Vexilli-  
feri, occisi in porta Heurix dum Prin. Au-  
riacus urbem Louaniensem expugnat.

**V**ictor eram, si me non inuida fata tulissent,  
Nec tamen exigua est gloria parva mihi.

*Non hostes inter medios ac tela verebar.*

*Pro vera Christi religione mori.*

*Ergo mihi Lector, mortem gratare, beatam*

*Mortem, qua vita est lausque decusque mea.*

In aula Prætoria Abbatis & Conseruatoris  
Priuilegiorum Academia, sub picturis  
historias has referentibus.

I.

*Truncati manibus Index, oculisque reuinctis*

*Ex aquo gratis, iura cuique feret.*

2.

*Insontem redimens Daniel à morte Susannam,*

*Impurum, saxu damnat virumque caput.*

3.

*Cum rixarentur de viuo scorta puella,*

*Iudicium prudens à Solomone datur.*

4.

*Astu aditum Christus de censu Casaris, inquit,*

*Casaribusque suum, redde Deoque suum.*

5.

*Captiuum Festus Paulam damnare recusat,*

*Altera in praesens pars sit, & acta probet.*

6.

*Cambyses pellem detractam à iudice iniquo,*

*In ius dicentis sternere sede iubet.*

P 4

Excusare

Excusare scelus uolens homicidij, iniqua

Infusa prope Parpini uoluit.

Effodians eorum gnaeque sibi que Seleucus,

Quam uolens legem, se docet ipse sequi.

Est graue iustitiae Tyrj de minimis Tyranni,

A se qui lata lege sub ense cadit.

Quantum iustitiae sit amem Romanus, in urbe

Obsidione tua scire Faliscus potes.

Iudiciu a dextera Deum est, Astrea sinistra,

Serta bonis tribuens, suppliciumque malis.

IN TEMPLE FRATRV ERMITARVM

S. AVGVSTINI.

Coeperunt anno M. CC. LXIII. & stirpe  
collata templum & aedificia struxerunt.

M. IOANNIS GODTHEBSDEEL

S. Theolog. Profess. nec non Coloniensis  
prouinciae Ord. eremit. S. Augustini Pro-  
uincialis sagacissimi, conuentusque Loua-  
niensis alumni, qui obiit Aquisgrani anno  
M. CC. CC. XC. XVII. Feb.

**A** Eternum victura manet post funera VIRTUS,

Nec perit extincto corpore Diuipotens,  
Sed postquam gelido sunt condita membra sepulchro,

Stelligerumque petit spiritus ipse polum,

Sola fugit Lachesis VIRTUS fera iacula dira

Parcarumque manus vincere sola potest.

Hanc

Hanc non tempus edax, non inuidiosa vetustas  
 Abstulit, at cunctis fortior illa manet.  
 Splendida multorum hoc testantur gesta virorum,  
 Nec non IOANNIS maxima facta docent,  
 GODTHEB. dictus cognomine stemmate clari,  
 Ingenio quo non clarior ullus erat.  
 Religiosis amans, & amans pietatis arita,  
 Fortune spernens gaudia fluxa dee.  
 Intendens animum studijs & rebus honestis,  
 Excoluit leges. Christe benigne tuas.  
 Diuina voluens sinuosa volumina legis,  
 Doctoris meruit laurea fecta sibi.  
 Doribus ingenij clarus, linguaque facundus,  
 Ordinis & nostræ gloria prima fuit:  
 Cuius hic est quondam summas moderatus habenas,  
 Iustitia magnus, nec Pietate minor;  
 Quem simul (ut cunctos) fatalis Parca peremit,  
 Abstulit & tantum mors inimica virum.  
 Interea magnamens ut potiatur Olympo  
 Vos precor hic summo reddite vota Deo.

Religiosissis. Patris P. IOANNIS SCEIR-  
 BERGI, Ord. eremit. S. Augustini, in con-  
 uentu Louaniensi ad septennium Prioris  
 quondam D. Helionaræ Gallorum Regi-  
 næ à confessionibus, obiit an. M.D.XXXVI.

**H**ospe siste gradum, titulosque notasq; sepalcra  
 Perlege, ut agnoscas quem tegit vna viram.  
 Doctus IOANNES cubas hac tellure sepultus  
 SCEIRBERG, æternum flebilis ille fuit.  
 Nam dum viuum erat satagebat sedulus vsque  
 Nequid canobio tristius incideret,

Mulcebatque animos nimio mærore dolentes,  
 Atque aliqua semper subueniebat ope.  
 Omnibus hinc charus, nec tantum charus, honestis  
 Moribus & vitâ suspiciendus erat.  
 Ornabat reliquas ingens facundia dotes,  
 In paucis qualem vix reperire queas.  
 Moyseos Christi que simul præcepta docebat,  
 Et populum à vitijis terruit vsque malis.  
 Hic nondum canus, quantum venerabilis æule,  
 Et tibi præcunctis Helionora fuit!  
 Vt siquid macula te contraxisse putares,  
 Consciens audiret, corrigeretque statim.  
 Multis officijs functus iam grandior ævo  
 Fit Prior, atque omnes religionis præsit.  
 Sedulus in cunctos, pius, officiosus & æquus,  
 Non alium quàm se præbuit ille patrem.  
 Hac pietate suos, per septem vexerat annos,  
 Cum mors e vinis abstulit atra virum.  
 Ille quidem (vt par est de tali credere) calo  
 Adscriptus ciuis, regna beata tenet.  
 Illi tutamen optabis requiemque perennem,  
 Semperque illustres & sine nocte dies.

R.D. ARNOLDI REGII, Theologiæ Bacca-  
 laurei, Prouincialis magistri & cœnobij  
 huius Prioris annos xvii.

**R**EGIVS ARNOLDVS cui par cū Nestore rege  
 Oris melliflui gratia visque fuit:  
 Ante diem raptos cui mors tulit inuida honores,  
 Hoc posuit letho frigida membra loco.  
 Diuini æloquij præco, vita integer, auct  
 Maturus, Censor moribus, orbis amor.

*In tua iuratos verba, AVGVSTINE, sodales  
Dum prait exemplo, lucida regna subit.*

Die XXV. Iunij, Anno M.D. LXIII.

D. O. M. VNI TRINOQ.

Et in sui memoriam F. IOANNES ANTONI ex eremitis S. Augustini Louanij, Iubilarius, quondam monasterij Anghien Prior, præsentis & futura vitæ non immemor, viuens hoc Mon. F.C. Anno Domini M. D. XCVII.

**L** Ector habe memori sub pectore flebile mortis  
Tempus, & in ipso tempore discere mori.

*Triste mori, res dura mori, nisi prauia Virtus*

*In celos facilem straderit ante viam.*

*Ergo reformidas mortem? Virtutibus instas,*

*Et vis æternum viuere? DISCE MORI.*

*Disces viuendo rectè, nec differ in horas,*

*Cùm via, vita breui, sitque viator homo.*

*Lam quoque pro vitâ sanctis orare memento,*

*Fataque sic recolens tristitia, DISCE MORI.*

AD CARTHVSIANOS IN AMBITV. Illorum principium circa annum  
M. CCCC. LXXXIX.

D. MARGARITÆ, CAROLI DV-  
CIS BVRGVNDIÆ, VXORIS.

**M** ARGARIS Anglorû sum stemate nata superba Au-  
Regis soror recitanda, Regis filia. dote

CAROLVS est coniux Burgundio, Marte peremptus: Mar-

Dein ter nouem viduata dego Consules. tino

Interea qua cura rogas? fuit vnica cura Do-

Viros fouere sacros, sacraque seminas. pio.

Quid



Quid doceri? docui templorum confere citat

Quibuslibet, legem modò norim sacram.

Quid sibi Magnates? sibi quid Simonis alumni?

Male audiunt petentes quod dari est nefas.

Hæc mihi fas domo, narrabant cetera veri

Similem expetentes, & sacri & docti viri.

D. IOANNIS BRYART ATHENSIS,

s. Theolog. Professoris.

**S**ilicet eximie inhæat Mors vndique rebus,  
Quicquid & excelsum est occidit ante diem:

Hoc si quando alio, nunc heu dolor & experimento

Gymnasiū didici Louaniense graui.

Vnus erat, sola seque adeo venerandus Athenis,

Haud alium posset cui reperire patem.

Diuina legis, Dū quā integritate Professor,

Magna Theologia primaque fama schola.

Hoc sine nil quondam secretorum arbitro agebat

MARGARITÆ Anglorum regibus orta ataus.

Ecce autem Clero Vice-Cancellarius omni

Idem inuigilat, rapiunt inuida Patre virum.

ANNO M.D.CC.VIII. Ianuarii.

IN FRA

Clauditur hoc etiam tumulo pater illius, annis

Conspicuas, complens bis propè lustra nouem.

FRANCISCI Archiepiscopi Bisuntini.

**S**vm Bisuntinus flamen BUSLIDIVS, alma  
Pacis opus, Martis hostis, amorque Ducum.

Me Luxemburgum terris, Hispania Parcis

Addidit, ast clavis facta decora viri.

Cor Bisuntinis missi, liqui ossa Toleti:

Fleuere exanimem Rex pium & paria:

Quod

**Q**UOD magni adunus. Aenea fidus Achates.  
 Quod Marti dona Veni. Aegeria atq; Numas.  
 Hoc Franciscus erat patrie regione Philippa  
 Buslidius, reparans fœdera, bella fugans.  
 Reddite iam cuncta laudes, & iusta sepulcro,  
 Quem meritis in patriam, qui neget esse patrem?

**S**VM Luxemburgui patriâ, sum fame clare,  
 Clarum hic nostro lumine transieris.  
 Ad mea Rex magni lufit rudimenta Philippus.  
 Austriam, Hispaniam quem sequar vsque solutus.  
 Compasui Reges, digessi publica pacis,  
 Et Regi & patriâ suorum opusque fui.  
 Mars sese pulsam queritur, Mors sana querentem  
 Vindicat, hincque furens me rapit, ille redit.  
 R. P. ac D. GUILIELMI A BRUXELLA Abb.  
 S. Amandi & S. Trudonis.

**I**N tria diuisus eras sum, qui melesub vna  
 Quamuis nature duplicis vnus eram.  
 Reddita mens celo, cor & hic in viscera marcent,  
 TRUDO fouat molli cetera membra sinu.  
 Cum iudex aderit magna, dispersa ceibunt,  
 Et siam rursus de tribu vnus homo.  
 Obiit anno M. D. XXXII. XIII. Nouemb.  
 Ibidem.

**M**ARTINVS vbi terras reliquit DORPIVS, Au-  
 suum orba partum flet parens Hollandia,  
 Theologus ordo lugat extinctum decus,  
 Tristes Cameræ candidis cum Graijs  
 Tantum patrum lacrymis desiderant:  
 Louaniensis omniis oppletans schola.

Au-  
 ctore  
 Eras-  
 mo  
 Rote-  
 roda-  
 mo.

Sidus

*Sidus suum requirit, ô Mors, inquit,  
 Crudelis, atrox, fœva, iniqua & inuida,  
 Jean' ante tempus floridam arborem secans  
 Tot dotibus, tot spebus orbis omnium  
 Suspensa vota? premite voces, impia;  
 Non perijt illo, vivit, ac dotes suas  
 Nunc tuâ habet, subductus aus pessimo.  
 Sors nostra flenda est, gratulandum est DORPIO.  
 Hæc terra servat, mentis hospitium pia  
 Corpusculum, quod ad canora buccina  
 Vocem, refundens optimâ reddet fide.*

Obiit anno M. D. XXV. Prid. Kal. Iunias.  
 Aliud per IOANNEM LUDOICVM VIVEM.  
 Honorarium.

*Quicumque properas, Viator,  
 fiste,*

*Exiguam morulam poscimus;  
 Tuâne magis causâ an nostrâ,  
 Vbi hæc cognoveris,  
 censeo.*

MARTINVM DORPIVM Batauum  
 Mors Superûm ministra  
 mortalibus eripuit.

Immortalibus reddidit.

Sic vixit, vt terra esset eo indigna:

Sic mortuus est,

Vt cœlum videretur illû terris invidere.

Animam tulit Deus,

Carnem morbus,

Offa nobis ad solatium relicta.

Amicis talem mortem precamur,  
 inimicis talem vitam.

In

In rem tuam maturè nunc propera.

Vale & Viue.

Eiusdem per GONRADVM GOELENIVM.

**M**ortalem posui vitam, sed scire multo,  
Namque aeterna mihi bis modò vita datur:  
Corpore quod posito Superis mens addita Diuis  
Aeternum aeternis est fruitura bonis.

Hac sunt insonti post funera reddita vita  
Præmia, promeruit hoc pietatis amor,  
Cuius inextincto mihi mens flagrant ab igne,  
Omnis terroris libera, mixta Deo.

Nec minus in terris est vita supersilite fama  
Parta, sed hanc artes contribuere bonæ,  
Quarum cultor eram, quarum monumenta reliqui,  
De nobis semper qua documenta dabunt.  
Non igitur vitâ defunctum dicito, Lector,  
Sed nunc me natum cum Libitina tenet.

Ibidem.

**H**ec, tu nosce tuam mortalis homuncio sortem,  
Hic PETRI COOLKIES pulvis & ossa iacēt,  
Seu cellas, ceu sacra vides hac tecta sacelli,  
Omne laboriferum sollicitauit opus.  
Prouidum ad merces, opus ingeniosus ad omne,  
Artificum calcar, consiliumque fuit.  
Prisca fides, amor & probitas, virtutis imago  
Vixida sub COOLKIES & stetit & cecidit.  
Nunc ubi mortali Virtus dedit aurea vitam,  
Dicite mortales, viuit an oppetiit?

Ibidem.

**S**iste gradū quicumque iter hac facis aduena, cernas  
Et lego si cupias noscere quantum eram.

illu

Ille ega RUTERVS NICOLAVS mysticus heros,  
 Atrebat antistes, religiosus etiam.

Clarum & illustre Casar ter maximus olim,  
 Quod secreti habuit, conscius ipse fui.

Exempla populum docui verbaque potenter,

Rectoris peragens obsequiosus anus.

Sapius à caulis atrocem egi cerninus hostem,

Imbelles Argimore tutatus oues.

Et mihi summa viros doctos asserre sacrosque

Cura, Deum & superas excoluisse fuit.

Hanc cellam pro laude Dei, sed & Atrebatense

Gymnasium struxi Louanienae decus.

O pie Christe Deus grandi qui victus amore

Vulnera, vincla, minae, flagra necemque subi:

Pronus humi stratus NICOLAVS, flagite dano,

Spiritus ascendat pratinus astra meus.

Hoc ordine aureis literis incisa sunt  
 sequentia, muroque infixa.

**Q**ui lauisse pedes, tersisse vnxissetque sacros

O mulier, lacrymis, criminibus atque rosa

Diceris, officio redimens tua crimina pulchro,

Membraque sic Domini contumulanda notam,

RUTERIO placidam pete femina sancta quietem,

Cellam hanc qui magno fundat amore tibi.

E regione huius cellae posuit IIII. fene-  
 stras vitreas, pulcherrime historia & vita  
 S. NICOLAI depictas, & in singulis ipsius  
 symbolum

EQVO ANIMO.

ADMINORITIDAS,

qui Louanium venerunt quinquennio  
 post D. FRANCISCI mortem M.CC.XXXI.

D. O. M.

D. G. M.

**A**DAMVS nomen, Batavi mea patria Delfi,  
Progenies SASBOVT non inhonora fuit.

Traieclum Latias & Græcos tradidit artes,

Locanium Hebraum addidit atque sacras:

Quas vt proferrem (culpa est sepelire talentum,

Et Domino usuras non soluisse suas)

Commoda visa mihi FRANCISCI semita: at illam

Dum sequor, in medijs cursibus tripior.

CORNELIVS MVSIVS Delfus amico For.

Obiit an. salutis CIO. 10. LIII. Aetat. XXXVII

Eius Testamentum ante Franciscanæ

familie ingressum.

**Q**uam sit vita brevis, quam sit via lubrica, quamq;  
Mors incerta bonis que præmia, quæque parata

Sint tormenta malis; horum meditatio nostra est.

Quod facimus, quod firmamus, quod & esse perenne

Optamus testamentum. Saluete, valete,

Care Pater, cari fratres, caraque sorores.

Ibidem.

Egregius vir D. IACOBVS CERATINVS,  
ortus ex insigni oppido Hornensi, Pres-  
byter Deo deuotus, & tam Græcè quàm  
Latinè absolute doctus, vt testantur opera  
ab eo edita, obiit & hic sepultus est Anno  
M. D. XXX. April. xx. Orate pro eo.

Ibidem.

ANTONIO BONYISIO Benedicti Fil.

ciui Lucensi nobilissimo,

qui cum in Britannia, Germania,

& Gallis

magna

magna negotia & ampla haberet,

Louanij,

quod sibi ad otium & negotium  
delegerat, obiit

Anno à natali Iesu Christi seruatoris

M. DC. LVIII.

IACOBI PINSEM Adolescentis generosi  
ΕΠΙΚΗΔΙΟΝ.

**H**Uc, huc Pierides sparsis properate capillis,  
Ipsaque fer teneros huc Elegeia pedes.  
Tempora nec pictis sint insignita corollis,

Nec premat flauos myrtus opaca comas.

Sed niueos stygia crines umbram cupresso,

Te comitem nostris insere Diua sacris.

Tu quoque Castalidum turbam comitante sororum

Huc ades, & celerem dirige Phœbe gradum.

Nec iuuet arte leues impellere pollice chordas,

Nec doctum viridi cingere fronde caput.

Lugubris at longum toga testatura dolorem

Molliter ad teneros desluat vsque pedes.

Pro citharâ mœstis vlulatibus insonet aether,

Ipsaque singultu sidera pulsa gemant.

Occidit heu! viridi fraudatus PINSIUS auro,

Vix numerans vitæ bis duo lustra sua.

Ille pius vestra cum religione cohortis,

Cultor, & Aoni portus & aura chori.

Scilicet, est aliquid primâ vernasse iuuentâ,

Et coluisse nouem (numina sancta) Deas.

Improba crudeli mors defecat omnia falce,

Omnibus obscuras inuicit illa manu.

Orpheus hirsutus deduxit carmine siluas,

Fertur & auectas detinuisse feras:

Terge

Tergeminumque (nigra qui servat pernix aule  
 Limina) carminibus perdomuisse canem.  
 Non tamen arguto percussis murmure neruū  
 Fallere Mors casses quiuit iniqua tuos.  
 Et Linus, Aeliaci genitus de sanguine Phœbi,  
 Increpuit lyricis plestra sonora modis.  
 Hunc tamen, exactâ fatorum lege, Charontis  
 Vexit ad infernos publica cymba lacus.  
 O vos caucaseâ genita de rape sorores  
 Qua trahitis triplici pensâ truenta manus  
 Tantorum decuit protendere fila virorum,  
 Et noua defectis veller a nere colis.  
 Ne pereat, cedro canos redimite capillos  
 (Quæ fuit antiquis non temeranda) Fides.  
 Sed quid fata iuuat lacrymis virgere profusus  
 Et iacere in superos impia verba Deos?  
 Nam veluti veterum testantur ὑπόμνητα Vatum,  
 Panditur ad nullas ianua nigra preces.  
 Non lacryma citharæue Deum pallentis auerni,  
 Nec flectent numeris guttura mota suis:  
 Debita lethæum cum portitor æra recepit,  
 Omnibus ad superas stat via clausa domui.  
 Vos tamen interea tumulum celebrâte vocatæ  
 Nympharum cœtus ad pia busta, precor:  
 Prataque per viridi vestita colore vagantes  
 Purpureo plenos flore referte sinus,  
 Dona que lugubris suprema futura sepulcri,  
 Lilia puniceis iungite cana rosis.  
 Præterea varias variâ de fronde corollas  
 Texite, virgineo præmia digna choro.

REINERVS VERDVIN inæstus PQs.  
 obiit an. DO. M. D. LIII. VIII. Iun. æt. sue xx.



IVSTI LIPSI Epitaphium, quod sibi ipse  
scripsit & poni mandauit,  
Anno CIO. IO CIV. III. Id. Febr.

**Q**uis hic sepultus, quaru? ipse edisseram.

Nuper locutus & stilo & lingua fui,

Nunc altero licebit. ego sum LIPSIVS:

Cui littera dant nomen, & iuuu fauor.

Sed nomen, ipse abini. abibit hoc quoque:

Et nihil hic orbis, quod perennet, possidet.

Vis altiore voce me tecum loqui?

HVMANA CUNCTA sumus, umbra, vanitas,

Et scena imago, & verbo vt absolueam, NIHIL.

Extremum hoc te alloquor:

Aeternum vt gaudeam, tu apprecare.

IVSTVS LIPSIVS vixit ann. LYIII. mens. v.

Obiit an. Christ. CIO. IO CVI. x. kal. April.

LAPIDIS SEPULCRALIS INSCRIPTIO.

IVSTI LIPSI

quod claudi potuit

hic iacet.

S. P. Q. Antwerp.

inclyti viri

Famæ, orbi notæ

Virtuti, cælo receptæ

H. M. P.

In ambitu.

Anno Domini M. D. LXXVIII. v. Sep-  
temb. contagiosa lue ex ergastulo carnis  
ereptus est Venerandus Prouinciæ Pater  
& Definitor frater ARNOLDYS ALOSTA-  
NVS, qui cum prouinciam in variis ordi-  
nis officiis præclare ornasset, ecclesiamq;  
Christi

Christi multis editis piis Voluminibus illustrasset, diem hic clausit extremum, cuius anima R. I. P.

## APVD PRÆDICATORES.

Venerunt in hanc urbem sub annum M. CCXXVIII. non diu post primam institutionem.

## IN CHORO AD LÆVAM.

Hic subtus iacet D. HENRICVS huius nominis tertius, Princeps illustis, Lotharingiæ Dux & Brabatiæ sextus, huius claustri fundator, ac fundi totius dator: hic fuit tam mansuetus & tam compositus in moribus quod vix possit illud enarrari: vix similis ei reperiabatur dum aduixit; aspectu autem dulcis erat & morigeratus. Iste XIII. annis principatus est, & postea mortuus est, anno Domini M. CCLX. vltimo die Februarij.

## IBIDEM IN EODEM LATERE.

Hic iacet domina ALEYDIS DE BURGUNDIA, Ducissa Brabantiae, eius vxor, istius claustri & claustri de \* Oudersberch pia fundatrix, nec nō ordinis totius Prædicatorum benigna amatrix, quæ obiit anno M. CC. LXIII. \* XXIII. Decembr.

Ibidem.

**M**iles WILHELME DE RODE mors sepeliuit  
Te, cuius multas acies audacia trinit.  
Tu vice ter sena Pruyssos insignis adisti,  
Et semel ad Christi tumultum propria subhabena,  
Vnde coronatum te digno vexit honore

\* Ouders-  
gheen  
alii le-  
gunt.  
\* alii  
xx O-  
ctobr.  
Vide  
Lipsii  
Loua-  
nium

Ad

*Ad calipratum natum puer absque labore.*

*Adiacet eximia tua coniux Bilia grata*

*Henrici nata de Calstis hic tumulata.*

*Miseremini, miseremini mei, saltem vos amici,  
quia manus domini tetigit me.*

*Hic iacet Dominus WILHELMVS DE  
RODE, miles, qui obiit anno incarnationis  
Domini M CCC. XCII. In die natalis eiusdē.*

*Orate pro eo.*

*Hic iacet Domina MABILIA DE CALS-  
TRIS eius vxor, quæ obiit ann. Do. M. CCC  
I. XIX. die mensis Augusti. Orate pro ea.*

*In effigiem GEMMÆ FRISIÆ.*

**V***T simulat Solem radiantis gemma pyropi,  
Sic GEMMAM artificis picta tabella manu:  
Hæc vultum dedit, ipse animi monumenta perennia,  
Ne quid in exilincto non superesse putēs.*

*BENEVOLO LECTORI.*

**Q***uod mare, quæ tellus, quæ non & sidera norant  
GEMMAM illū Frisij spēsque decusq̃, fretū  
Vnica nobilium Medicorum gloria GEMMA,  
GEMMA Mathematici gloria summa chori,  
Ingenio GEMMA effulgēs, GEMMA arte relucens,  
Nec probitate minus vndique GEMMA micans,  
Præditus eximiâ miseros virtute iuandi,*

*Erga omnes homines GEMMA benignus homo.  
Aequè pauperibus gratis ac ditibus auro*

*GEMMA pari effectu ferre sœtius opem.  
Corporis haud alti GEMMA, o! sed pectoris alti,  
Lingua GEMMA nitēs, GEMMA nitēsq̃, manu.  
GEMMA valens radio, totum qui diuisat orbem,  
GEMMA vicens calamo, quo sua sensa notet.*

*GEMMA*

**GEMMA** potens rerum causas aperire latentes  
 Et velut indicio prodere mira suo.  
**Psalmes** insignis, vel voce vel Instrumentis;  
 Doctus & Aonium pangere **GEMMA** melos.  
 In **Cyclopadia** pulchrè formatus ad vnguem,  
 Corporeq; atque animo **GEMMA** politus homo.  
 Denique ut hoc vno dicam semel omnia verbo,  
**GEMMA** sui magnus temporis huius honor.  
**GEMMA** olim hic **Frisys** iuuenis delatus ab oris,  
 Venerat ad sedes terra **Brabanta** tuas,  
**Louanij**que locum docta sibi legit in vrbe,  
 Posset vbi studiis ritè vacare suis.  
 Iamque hinc floruerat ter denos circiter annos,  
 Perculit, heu! tantum cum fera **Parca** caput.  
 Ah! **Musarum** (inquam) irreuerens & **Apollinis** equè,  
 Perdidit his mysten **Parca** profana suum.  
**Alma** nec **Vranie** signis, nec **Cynthius** herbis  
 Arte sua, sed nec profuit ipse sibi.  
 Quin **Dea** crudelis diro confecerit ictu,  
 Obruta membra graui gemmea ybidia.σi.  
 Quoque magis mæsti fato moueamur acerbo,  
 Tam clarum ante diem sustulit atra virum:  
 Quippe quaterdenis vix septem adiecerat annos,  
 Debuerat **Pylis** qui superare dies.  
 Hoc tamen, hoc solam mæstos solatur amicos,  
 Quid similis patri filium vnu adest.  
 Filium vnu adest, è **GEMMA** **GEMMA** relictus  
 Nunc iuuenis, sed vir moribus, ingenio.  
 Ingenio magnum referens studiisque parentem.  
 Ipsa te **GEMMÆ** filius esse probat.  
 Nec dubium, si sic bona per vestigia **Patris**  
 Tendat ut incepit, mox pater alter erit.

Nempe breui metam spatio continget eandem,  
 Doctore è GEMMA GEMMAQ. doctior erit.  
 Quod superest igitur, cui terras quando colebas  
 Cura erat, astrigeros voluere mente palas.  
 Artibus æthereis, illustri optamus amico,  
 Incolat ampyreas nunc super astra domos.  
 Votis hisce piis, pie Lector, & ipse faueto,  
 Atque AMEN fausto pectore & ore sones.

D. GEMMA FRISIO amico suo candidiss.  
 Rumoldus Posthoutrius Antuerp.  
 mœstus faciebat. M. D. LV.

Maxæmylianus Vrientius S. P. Q. Gand.  
 à Secretis GEMMÆ POS.

Hono- **Q** Via lapid hic? GEMMÆ. GEMMAM lapidem  
 rariū. regit? inquis.

At condi ingemma debuerat potius.  
 Non ita. Nam quævis minor illo gemina fuisset,  
 Et posito à GEMMA gemma sit iste lapis.

IN TEMPLO SOC. IESV.

Inscri- **S** Vbsiste: tangit terminum: hic Mors imperat.  
 ptio **Hoc DELRIONIS** indicat tumulus tibi.  
 hono- **Marmor videre postulas? calos vide.**  
 raria

Hoc marmor illi est: at hic est bustum: libri  
 Fauilla: fama publica, est inscriptio.

Lege hospes, & quod exprimas tibi selige.

Breui est eundum: nam hospes es. Quare viam.

Obiit anno C12.10C.VII. Octob. die XIX.  
 Annum agens ætatis, quinquagesimum  
 septimum.

Sub imagine deuota Virginis Ioanna Weyms, cum  
 cœnobium Annunciatarum Louanijs ingrederetur.

Ioanna Weyms Stephani viri CL. F.

virgo,

virgo, an virago?

solatium patris, fulcrum familiæ,  
facie Venus, animo Minerua,  
Diuini amoris percussa Thyrsò,  
spretis facibus quæ extingui poterant,  
voluptatibus quæ perire,  
illibatum ætatis & virginitatis florem  
æternitati consecrauit,  
& Deo homini nuptura,  
Religioso Annunciatarû coetui Louanij  
se mancipauit,

III. Non. Maias, M. DC. IX.

Annos nata XVIII. Mens. I. Dies XXIII.

IN XENODOCHIO.

Nobilissimi D. HERMANNI A WESTER-  
HOLT equitis Sacri ord. qui ex militia re-  
diens XIII. Kal. Nouemb. M. D. LVII. hic  
dysenteria obiit.

**S**iste viator iter, paulum rogo siste viator,  
Teque quid hac doceat picta tabella, lege.  
Dum leuis in nostrum non fausto sydere regem  
Inuictum Gallus, bella cruenta mouet,  
HERMANNVS clare natus de stemmate, firmum  
In cuius valido corpore robur erat;  
Fortiter, ut iusta patriam defenderet armis,  
Hostiles iuuit fundere sæpe manu.  
Quem cum sanguineum minime Mars vincere posset,  
Mors dysenteria vicit amara virum  
Attamen haud potuit cefari si vincere Marte  
Sic vinci, quam sic vincere nante prius  
Hoc igitur tumulum signemus caemine; paraus

HERMANNVM & MARTEM contegit  
iste lapis.

*Perge viator iter, satius est modò perge viator,  
Sed prius hac tacita mente loquarè velim.*

*Emensui dubios pelagi implacabilis astus,  
In gremio viuas maxime Christe tuo.*

**Ibidem.**

Exim. ac Reuer. D. ac M. N. IVDocus  
RAVESTeyN Tiletanus, Ecclesiæ Colle-  
giatæ S. Petri Louanij Canonicus, Præpo-  
situs \* Walcumenſis, huius almæ Vniuer-  
ſitatis Priuilegiorum conseruator, artium  
curiæ & S. Theologiæ Professor clarissimus, qui  
hæreses contra Catholicam fidem suo  
tempore insurgentes, doctrinâ & libris  
scriptis profligauit: huius Xenodochij  
Præpositus; vir sane multæ eruditionis,  
pietatis ac modestiæ hic sepultus est.

Obiit an. Domini M.D.LXX. Die VII. Febr.

R. I. S. P.

**I B I D E M.**

GODSCALCI ROSEMVNDI Doct. Theol.  
Louaniensis.

**N**E desit cuius virtutem imiteris & acta,  
Quis sit in hoc busto conditus, oro, legas.

GODSCALCO mihi nomen erat, cognomē habebam

A MVNDA, cui par vita pudica, ROSA.

Doct̃or & interpres diuina mentis habebam,

Respondi, meo sedulus officio.

Non etenim tituli vixi contentus honore,

Sed Christi docui nocte dieque gregem:

**Submo-**

*Submonique lupos, & per deserta vagantes*

*Ad caulam duxi pastor amicum, oues.*

*Quodque alios docui, semper prius ipse subiui,*

*Virtutem exempla, sic didicere, meo,*

*Sum largitus opes miseris dum vita maneret,*

*Atque in eundem vsu cuncta relictæ mihi:*

*Quæ partim domus hac quæ continet ossa sepulchro,*

*Perpetua infirma pabula plebi habet,*

*Pro quibus officijs merces mihi digna relata est,*

*Corpore nam posito spiritus astra tenet.*

**Obiit anno Dom. M. D. XXV I. IX. Decemb.**

**IN COLLEGI PONTIFICI SACELLO.**

Hic iacet sepultus egregius vir D. ac  
M. N. MICHAEL de BAY Athenis, Eccle-  
siæ collegiatæ D. Petri Louanii Decanus,  
Vniuersitatis Cancellarius & conserua-  
tor, generalis per Belgium Inquisitor, Re-  
gius S. Theologiæ Professor, & Collegii  
Pontificis Præses. Decessit XVI. Septemb.  
An. M. D. LXXXIX. Decanatus anno XIII.  
Professionis XL. Præfidentia XXXIX. Æta-  
tis annum agem LXXVII.

*Anima quietem Lector precare.*

**IN SACELLO COLLEGI SABAUDIÆ.**

Prænobili ac pietate insigni D. EVSTA-  
CHIO CHAPVYS Annesciacensi, patria  
Sabaudo, I. V. Doctori prudentiss. vixit an-  
nos LVI. Decessit XXI. Ianuar. an. M. D. LVI.  
Fuit hic D. CAROLO V. Imp. à consiliis,  
supplicum libellorû magister ordinarius.  
Annos XVII. apud Angliæ Regem Legatus  
conti-



continuus. Duo Collegia cum hoc, tum  
*Anneſiacenſe* inſtituit, ſuiſq; opibus dotauit.

Ibidem.

Hic è regione iacet ſepultus D. M. N.  
THOMAS GOZAEVS à Bellemonte, conſtitutus VIII. Martii AN. M. D. LV. primus huius Collegij Præſidens, qui obiit anno M. D. LXXI. Martij, die VIII.

IN COLLEGI DALENSIS, vulgò  
ANTVERPIENSIS, SACELLO.

Ex  
mar-  
more.

D. O. M.

Et

P. M.

Inſcri-

ptio

Lipſi

ana.

\*bo-

num

publi

cum.

R. VIRI PETRIVAN DALE, ARNOLDI F.  
I. C. Decani Alostensis, Canonici Antuer,  
Toparchæ in *Ballaer, Gheſtele, Putte, Beerſele*,  
qui in lauta re & ſupra priuatum modum,  
modeste, prouide, pie ea vſus, (xit,  
Collegiũ hoc inſtituit, vectigalibus inſtru-  
Alendæ in \*B. P. iuuentuti.

Natus Antuerpiæ ann. CIO. IO. IV. ibidem  
obiit anno CIO. IO. LXXXII.

Hic monumentum habet, offibus eius vo-  
luntate translatis.

Vt anima eius in beatas ſedes, tu apprecare  
pie Lector.

IN SARCOFAGO.

D. O. M. & P. M.

D. PETRIVAN DALE

FUNDATORIS.

OBIIT CIO. IO. LXXXII.

I. IANVARII.

IN

Bibliotheca D. RVARDI TAPPERI ab Enchusia, artium magistri, S. Theologiæ Professoris celeberrimi, Ecclesiæ collegiæ D. Petri annis plus minus xxiii. Decani, necnon & huius Academiæ florentissimæ Cancellarii quondam dignissimi: qui ut in vivis viva voce & incomparabili eruditione Theologiæ studiosos annos xxxix. instruxit, ita mortuus. iisdem hac instructissimâ bibliothecâ relicta, etiamnum prodesse voluit. Vir sane immortalis perpetuæque memoria dignus, non de Theologis duntaxat, sed de Repub. Christiana meritis optime. Vixit ille non suis commodis, sed Ecclesiæ Christi, cuius nomine continuis se laboribus confecit, malorum odiis multisque periculis exposuit, seipsum denique curis & molestiis exhaustit. Latere siquidem non potuit, quantuncunq̃ue dignitates refugerit. Huius operam atque industriam persæpe CAROLVS V. Imp. persæpe. Hispp. Rex PHILIPPVS, nonnunquam Pontifex ipse requisivit. Huic repurgandæ ab hæresibus patriæ provincia demandata: In hac quàm strenue se gesserit, quamque ei cordi res illa fuerit, testari possunt superstites Ecclesiæ Proceres; testabuntur dum steterit Christiana Religio, EXPOSITIONES ARTICVLORVM LOVANIENSIVM, VI MAGNO

gno cum labore, ita cum singulari laude  
 & omnium expectatione in lucem edita.  
 Hic edicto Reginae MARIA harum regio-  
 num inferiorum Moderatricis compul-  
 sus, Louanio Tridentum accitus, ex Belgis  
 facile primum locum obtinens, Conci-  
 lium non modò plurimum exornauit, sed  
 & strenuè promouit: in quo quantum Fi-  
 dei Catholicæ ac Orthodoxæ ardorem  
 declararit, nouerint qui ei adstipulati sunt  
 sanctissimi doctissimique Patres. Tandem  
 ætatis, pietatis ac sapientiæ fastigium ad-  
 ceptus, verè Christo sponsæque eius Eccle-  
 siæ est immortalis. Nam grauissimorum  
 (quibus Hispp. Rex PHILIPPVS destineba-  
 tur) negotiorum causa Bruxellam Loua-  
 nio euocatus, frustratis omnium bono-  
 rum suspiriis, vitæ ac molestiis finem im-  
 ponens, misso facto Hispp. Rege, lubès in  
 supremi Dei Regis æterni senatum subue-  
 ctus est, anno Domini M. D. LIX. Martii 11.  
 ætatis suæ verò LXXI. Pauperibus omnium  
 bonorum suorum hæredibus institutis.

AD PICTAM IMAGINEM CL.  
 V. HIERONYMI BVSLEIDIANI, præpositi  
 Arienſis, & Cõsiliarii regis Catholici, qui  
 magnis impendiis instituit collegium

Auð. Trilingue.

D. E. Nominis BVSLEIDIANI proximum primo decu,

raſ. Itane nos orbas, virenti raptus auro HIERONYMEſ

rod. Littera, genus, senatus, aula, plebs, ecclesia,

Au suum fidus requirunt, aut patronum flagitant.

Nescit

*Nescit interire, quisquē vitam honeste finijt.  
Fama virtutum perennis viuet vsque posteris.  
Eruditio trilinguis, triplici facundia  
Te loquetur, cuius opibus restituta, resloruit.*

Obijt anno Christi M. D. XVIII.

In platea CASTRI ante ædes D. Gasparis  
Roclofs cuidam lapidi insculptū legitur:  
*E Terra Vana est Vectus Lapis iste RVINIS,*

*CVIVS qVInte qVIdem Caro Le VICTor erat.*

In vertice alterius domus,  
propè S. Catharinam.

*Omnes stulticia leges & iura sequuntur:*

*Omnes stulticia sub ditione manent.*

*Omnia mundana vana.*

Ad portam S. Spiritus interiorem.

*Hic gemini fontes, Græcus fluit atque Latinus.*

IN ÆDIBVS CL. IVSTI LIPSII

vides depictos tres Canes cū  
hac inscriptione.

Sic  
eos  
appel-  
lat L.  
Vines  
in lin-

Saphyrus catellus, gente Batanus, cor-  
pore albet, capite auribusque purpurat,  
discrimine tamen albo à summo eo, inter-  
aures, cuneatim ad os descendente. Sene-  
cio nunc est, & tredecennis: cū in flore,  
pulcherrimus & lepidissimus catulorum.

**G**emma dedit nomen, sum verè gemma catellū,  
Quotquot terra habuit Belgica, habebit, habet.  
Tale decus vultus, talis venus. adde lepores

Ingenij, humanum qui sapiant Genium.

Et sanè est aliquid mī hominis. vis argumentum?

Vina bibo, & vino nata me habet podagra.

MORSVLVS

MOPSVLVUS catulus, domo Antuerpiā,  
donum à CL.V. Arnoldo Borcouthio, ami-  
co veteri & I. C. is corpore albet, capite,  
auribus, atque altero oculo sufflavis. Ro-  
strum e rubro albicat, breue & obrusum, &  
nare prorsus repanda. Crassulus, argutus,  
mordax est, ætate bimus.

**M**OPSVLVUS *ast ego sum, domini conuiua?  
quid ultra?*

*En etiam lectum participo domini.*

*Estne aliud? domini dominum, si dicere fas est:*

*Vsq̃ue ad eò formæ huic iungitur improbitas*

*Sed formæ, quæ rara cluet. si examine iusto*

*Pendor, quod nec ames est mihi, plus quod ames.*

MOPSVS canis, gente Scotus. colore  
crasso spadiceo; sed circa oras aurium, &  
in ipso ore, dilutius flauo. super oculum  
vtrumque orbiculi æquales duo, itidem  
flauī. Idem color in pedibus interioribus,  
intra femora, sub cauda & in ano. At pe-  
ctus latum & honestum, Pantherina prorsus  
specie, album & maculis spadiceis  
sparsum. Tales ipsi imi pedes. Annum agit  
tertium ad inuidiam pulcher.

**M**OPSVS *ego, formæ qui vinco sacra canina;  
Quod notum in magno corpore nil habeo.*

*Quodque velim, dominum, dominam, ancillamque volens*

*Conciliet probitas simplicitasque mihi.*

*Ille canis redeat, meruit qui calicæ templa:*

*Si certet, terra hunc, me sibi catum habeat.*

TUMULUS SAPHYRI catelli.

HECATE SACR.

SAPHY-

ET MONUMENTA BRABANT. 217

SAPHYRVS DOMO BATAVVS  
DELICIVM LIPSI, DECVS CANVM,  
INGENIO, LEPORE, FORMA.

H. S. E.

TRISTI FATO ERERTVS,  
ET FERVENTIBVS AQVIS MERSVS,  
CVM VIXISSET LVSTRA PLVS TRIA,  
O HERI DOLOR!

TVVM, LECTOR, ADDE,  
QVISQVIS LIPSIVM AMAS, IMO  
QVISQVIS ELEGANTIAM AVT LEPOREM  
AMAS,

QVORVM ISTE THESAVRVS ERAT.  
ABI, FLORES SPARGE,  
SI NON LACRYMAS.

PLANGEBAT ET PANGEBAT,  
I. LIPSIVS OLIM, HEV, DOMINVS,  
V. KAL. SEPTEMBER. M. DCI.

CONVIVI PVTEANICI LEX.

Quisquis es, sitte solus, siue cum vmbra,  
Audi, & obaudi.

GENIVS sum loci, & hic impero.

K. I.

Pransurus ante XI. ne venito,

Post XII. ne maneto:

Cœnaturus, ante VII. ne venito,

Post IIX. ne maneto.

Prandi heic tempus vnius horæ;

Et Cœnæ, vnius.

Si quis preuerterit, scilicet, mēsa vacua:

Si quis remanserit, illicet, mēsa sublata.

R

Fami-

## K. II.

Familiarium tamen si quis adfit  
 etiam alteram horam indulgeo.  
 Sed sermoni, non prandio, aut cœnâ.  
 Sermo genialis esto, non tetricosus,  
 morosus, aut rixosus:  
 Cum sale, ioco, risu,  
 Quos MYSA & HONESTAS ament.

## K. III.

Saturio ne accesseris,  
 Esurio ne recesseris.  
 Mensam sine arte vides, frueri;  
 Sed sine TVBVRGINATIONE.

## K. IV.

Et Liberi lepôrê vides; posce, atq; frueri;  
 Sed cum cautione.  
 Treis crateras haurias:  
 Primam SITIS causâ,  
 Secundam sis HILARITATIS,  
 Tertiam sodes VOLVPTATIS.

## K. V.

Latus esto, sobrius esto,  
 Bonæ mentis memor,  
 Angeronæ memor.

## K. VI.

Si quis dicta & edicta mea spreuerit,  
 Ægramente, & valetudine multator.

AD INGRESSVM ARCHIDVCVM

ALBERTI ET ISABELLÆ

Anno cId. Id. xcix. Ipso D. Catharinæ.

Ante portam Bruxellensem.

*Octavianij Augusti in urbem aduentu*

*Corona*

*Corona iridis specie circa Solem apparuit,*

*Nova potentia,*

*Nova pacis auspiciam.*

*Hanc vobis, ô Principes nostri,*

*S. P. Q. Louaniensis*

*In ipso ingressu dedicat,*

*Nova potentia,*

*Nova pacis auspiciam.*

*Sol vobis ab Hesperia fulsit,*

*Circa eum & ab eo corona*

*Prouincijs variegata, iridis specie resulsit.*

*O fausta, firmaque ista sunt!*

*Es tu ille utranque orbem,*

*Vos isti nostram Belgicam*

*Salutari luce perfundite,*

*Vitam & vigorem reddite,*

*Heu bellis civilibus amissum.*

*Deus & superi vota nostra audite,*

*Vos Principes obsequia admittite,*

*Quae fideliter & aeternum desert.*

*S. P. Q. Vester Louaniensis.*

**AD LEVAM DOMVS SENATORIAE.**

**BRABANTIA prima Prouinciatarum,**

*in triplici suo ordine,*

*Antistitum, Nobilium, Ciuium,*

*Sereniss. potentiss. q. Principes,*

**ALBERTVM ET ISABELLAM Duces suos**

*Lata fronte suscipit,*

*Deuota mente suscipit,*

*Et fidem obsequiumque*

*Mere & candore maiorum*

*Aeternum vouet.*



Ante D. QVINTINI portam interiorem.  
SERENISSIMI, PRINCIPES.

**A**ndromeda Cephæi & Cassiopeæ filia  
Forma & annis florētissima,

Ob maternam lactamiam,

In scopulo alligata cæco exponitur,

Sui impos, spei expers.

Perseus Iouis progenies

Pegaso alato vectus,

Harpe adamantina armatus,

Scuto Gorgoneo munitus,

Orcigalea testis,

Atque hac omnia consilio vel auxilio Minervæ

Adest, miseratur, subuenit,

Monstrum Pegasi ope occidit,

Andromedam toro sibi iungit,

Et cum lata latam ætatem agit,

Liberis nepotibusque felix.

In tabellæ altera parte sic descriptum  
observabatur.

At Belgica hac vestra Andromeda est,

Fortuna & opibus olim florētissima,

Nunc ob maiorum superbiam & luxum

Maximis fluctibus & monstro exposta,

Sui impos, spei expers.

Tu, ALBERTE, Cæsarem progenies,

Hesperio Pegaso subactus,

Harpe militum armatus,

Scuto pietatis munitus,

Galea prudentie testis.

Atque hac omnia consilio vel auxilio tua Minerva,

Ades, miserari, subueni.

Monstra

*Monstra Pegasi ops submoues,  
Belgicam sub dirione tuam habes.  
Cum lata igitur latam alatem age,  
Liberis nepotibusque felix.*

PAULO INFERIVS:  
Quod apprecatur & suspirat  
sacra deuotione vester  
S. P. Q. Louaniensis.

## In horto cuiusdam Nobilis.

**Q**ui non mortali fuerat, dum peccat in horto,  
Perdit homo vitam iusticiamque miser.  
Pronobis DEVS at factus mortalis, in horto  
Et vitam Christus Iusticiamque refert.  
Res miranda: omnis cum non ferat omnia tellus,  
Proueniunt vno Vitaque Morsque loco.

## Ibidem.

### DECLINATIO SCAMNI.

**T**u ne premas SCAMNVM, vel te magis, Aulice,  
SCAMNVM,  
Scire aueo, scio te premit inclementia SCAMNI.  
Atque à te premitur misero, ah! valedicto SCAMNO,  
Et duris, durum, perdurum linquito SCAMNVM.  
O tu quàm magnum damnum das futile SCAMNVM,  
Cui places in rigido stolidè requiescere SCAMNO.  
SCAMNA odiosa viris sunt, sunt odiosa iuuentis,  
SCAMNVM SCAMNORVM flectenti podice nudo:  
Nulla salus SCAMNIS, lectum te poscimus omnes.  
SCAMNA premunt asinina asini vilesq̃ue coloni,  
Quem lecto recubare negatum. ò SCAMNA valete,  
Tuque tibi à duris caue posthac Aulice, SCAMNIS.

In gratiam exterorum & curiosorum,  
damus hic nomina Pædagogiorum & Col-  
legiorum quæ hodie Louanii florent, vt  
intelligant quàm celebre sit Athenæum.  
Crescât indies, magne Deus, in augmentû  
Catholicæ Fidei, & Belgarum ornamentû.

Pædagogium { *Castri,*  
                  *Lilij,*  
                  *Porci, alias Standonicum,*  
                  *Falconi.*

Vnde hi versus:

**FALCO** petiti volucres, *floret super omnia FORCVS,*  
**LILIA** sordescunt, *CASTR A falerna petunt.*

Collegium { *Magnum Theologorum.*  
                  *Houterlee, fundatum anno*  
                  *1511.2. Jan. per D. Henricû de*  
                  *Houterlee, D. Petri Scholasticum.*  
                  *Gobletianû, alias S. Annæ.*  
                  *Trilingue.*  
                  *Iuristarum.*  
                  *De Vaulx, alias Gandense.*  
                  *S. Donatiani.*  
                  *Atrebatense.*  
                  *Pontificis Hadriani vi.*  
                  *Winckelianum.*  
                  *Pels, siue Germanorum,*  
                  *Paruum Theologorum.*  
                  *Sabaudiz.*  
                  *Viglij, siue Frisorum.*  
                  *Insulense.*  
                  *Breugeliû, siue Medicorû.*  
                  *Standonicum.*

**Drusianum**

Collegium. { Drusianum, siue Brugense.  
Craendonck.  
Montense.  
Carmelitarum.  
Cruciferorum.  
Præmonstratense.  
Van Dale, siue Antuerpien.  
Patrum Societatis, cum in-  
signi Bibliotheca.  
Petri Diuæj.  
Leodicense.

Seminarium suarum Celsitudinum.

In Gelro Gallorum grassationem  
in Louanienses per Martinum Rossemium,  
Auctore D. LAVINO TORRENTIO  
ibidem studioso.

**H**inc, hinc Galle procul, procul aut bôbarda repellet,  
Hens fugito, sedes hic Iouis ales habet.

Perfidus ille nihil Gelrus, nil Cymber iniquus  
Profuerit; cristas erigere ergo caue.

Quos Duce Borbonio sensisti leuius vngues,  
Ni fugis, hos acres experiere magis.

Semiputata tibi Latio calcaria quondam:  
Ergo fuge aut totus diripiêre miser.

In ædibus cuiusdam V. N.

**LVSVS IN EVROPA**

NATIONES.

PROLOGVS

LAVDATOR.

EVROPA celebrabo laude dignam,  
Et quales Regio vnaquæque mores.

R 4

Virtu-

Virtutesque habeat, palam docebo.  
 Illustri est celebranda laude Virtus.

EUROPÆ tuas satis superque  
 Laudes, non Viria aut probra vlla dicam:  
 Ut laudum stimulis probè incitatus  
 Virtutum studeas viam tenere.

## Germanus superior siue Almanus.

### L A V D A T O R.

**G**ERMANVS comis, clemens, syncerus,  
 honestus,

Conuictu gaudens, hospitibus facilis:  
 Aequali socijs haustu mera vina propinat,  
 Respondetque, tunc munere, Bacche, tuo.  
 Est lepidus salibus, lingua facieque; venustus  
 Arguta sollers dexteritate valet.

Nil simulans, simplex & rectus, pectore  
 apertus,

Prouidus & prudens, cōsilioque bonus.  
 Morū etiā grauitate suos sic tēperat actus,  
 Ut præceps leuitas nil loci habere queat.  
 Insignis bello ac armis, animoque virilis:  
 Audax atque alacris: seruat amatque fidē.

### C A L V M N I A T O R.

**O**HE, Laudator, virtutū encomia siste:  
 Occurrit calamo fax vitiosa meo.

GERMANVS stupidus, simul inuicilis, ineptus,  
 Moribus insulsus, torpidus ingenio,  
 Fronte ferox, oculis toruus, linguaque proteruum,  
 Brutus conuictu est, hospitioque rudis.

Ebrius

*Ebrius insanit, bacchatur, fulmina iactat:*

*Iurando calum, terram, Acheronta mouet.*

*Intentus prada, latro, furaxq; rapaxq;ue:*

*Bellum cauponans belligerare nequit.*

*Prælia detrectat conspecto protinus hoste:*

*Aes as exclamat: mox fugit are dato.*

*VINA floces, oleūq; fraces, paleasq; siligo;*

*Gignit & humanū turpia mōstra genus.*

**Germanus inferior,**

**Teuto, Belga.**

**L A V D A T O R.**

**T**EVTO vel inferior Germanus, qui  
quoque Belga,

Morum cultura pollet & ingenii.

Hic opifex celebris toti spectabile mūdo.

Omne opus assidua sedulitate facit.

Huic animus docilis, promptus, subtilis,  
acutus;

Mensq; sagax, velox; ingeniosa manus.

Pocula larga quibus cerebrum humectat  
que rigatque,

Nescio id obtundāt, exacuāntne magis.

Germanos multa veteres probitate fideq;

Quondam sectari non sine laude solet:

Egregieque bonas florens exercuit artes,

Dū stetit imperiū, Carole Quinte, tuū.

**C A L V M N I A T O R,**

**T**EVTO *convictu Galli, Hispanique, Italiq;ue.*

*Mutatus, sædū polluitur vitijs.*

*Hinc intestina discordans peste laborat,*

*Et vix sedanda seditione perit.*

*E patria profugus longinqua petii loca: & artes,*

*Et, quascunque potest, portat opes aliq̃.*

*Lassa sub Hispano languescit Rege Philippo,*

*Quæ regnante potens patria patre fuit. (bis,*

**RECTORES** nocuis maturè occurrite tur-

*Haud facile exstingui seditio orta solet.*

**Gallus, Francus.**

**L A V D A T O R.**

**G**ALLVS seu Francus, toto notissimus orbe.

*Fœdere, iustitia, religione, fide:*

*Maternæ cultor linguæ, cultor peregrinæ:*

*Grādiloquus, cōstans, propositiq̃; tenax:*

*Militia egregius, generoso stēmate clarus:*

*Corpore & ingenio viuidus ac vegetus:*

*Dissimulat, simulat, cūm tempus postulat aut res:*

*Et conniundo plurima cautus agit.*

**C A L V M N I A T O R.**

**A**NGALLVS tandem contemptor religionis,  
*Spretor virtutis, iustitiæ, fidei;*

*Inconstans, vanus, simulator, dissimulator,*

*Vindex crudelis, subdolum atque vaser;*

*Nomini & ti.uli tantum iactator inanis;*

*Prædo, stuprator, trux homicida, latro;*

*Offentum, ac toti mundo mirabile monstrum*

*Fiet, & in vitij proruet omne genus?*

*O Franci, Franci, quæ vos dementia adigit*

*Regnum intestinis perdere dissidiis:*

*Atque die diuo qui fessus Bartholomæo,*

*Dedere crudeli millia multa neci;*

Et nulla ætatis sexûsue habitâ ratione,  
 Sanguine civili commaculare manus?  
 Pòst etiam Antverpæ populû, emporiûmque celebre,  
 Fœdere dirupto, turpiter opprimere?  
 Creditis, insani, scelus vllum impune relinqui,  
 Somniaque aterni iudicia esse Dei?  
 Quisius in celebrem conuentum a Rege vocatus,  
 Instinctu Regis tollitur è medio.  
 Rex idem Henricus paulo pòst insidiosè  
 Occulto moriens ense cadit monachi.  
 Sunt intestini dira hac stipendia belli,  
 Iustaque vesana præmia perfidia.  
 SYMMVS iustitiâ iudex exercet in omnes,  
 Prospiciens oculis æqua & iniqua suis.

### Italus.

#### L A V D A T O R.

**I**TALVS eximio lautus cultusque nitore.  
 Amplus, magnificus, splendidus at-  
 que grauis:  
 Serius & prudens, cum maiestate seuerus:  
 Magnus vt ingenio, sic quoque iudicio.  
 Præclarè doctas studiosus percolit artes:  
 Curæ illi virtus, gloria, religio,  
 Impiger & præstans opifex: mercator ho-  
 nestus:  
 Bellator valida strenuitate potens.

#### C A L V M N I A T O R.

**I**TALVS effrenis, dira que libidine feruens,  
 Flagitijs quas non audet inire vias?  
 Bullis, segmentis, ostroque micante superbis,  
 Grandi proloquitur verba supercilio.

peruersus,



*Peruersus, vanus, fucata mente dolosus:*

*Vasfrè hosti infidus exitiumque struit.*

*Vindictam differt ter denos ultor in annos;*

*Sumere supplicium si prius horam eget.*

*Sectator scorti, rabidus Ganymedis amator;*

*Cetera consultè Musa tacenda monet.*

**SIC** rerū Natura parens operatur in orbe,

**QUE** fert terra bonos, vt ferat illa malos.

## Hispanus.

### L A V D A T O R.

**H**ISPANVS fortis, cōstās, & fidus amico,  
Magnanimum sese munificumque  
probat.

Diluti parcè delibat pocula Bacchi:

Feruida ne cerebro vina nocere queāt.

Ingenium nactus Naturæ munere acutū,

Perfacile eximiis proficit in studiis.

Templa alacri Diūum gressu sacrata fre-  
quentat:

Supplex ante aras vota precesq; facit.

Bello eques atque pedes velox, prædurus  
in hostem,

Barritum pugnans voce boante refert.

### C A L V M N I A T O R.

**S**VNT etiam Hispano labe, maculaque notæque:  
Nec normam vita seruat vbiq; bona.

**HISPANVS** sanus, fallax, malefidus, avarus:

Vt sese ostentet, multa superbus agit;

Furfureo cum pane domi vescatur egenus,

Sordeat & vacua pauper inopsque casa.

*Nem*

*Non artem exercet, non terram sulcat aratro:*

*Accinctus gladio nobilis esse studet.*

*Hinc inculta iacent camporum milia passim,*

*Atque deest vastis gnauus arator agri.*

*Pur, latro, incestus, supinator, turpis adulter,*

*Quidquid agit, iactat nobili acta viri.*

*Aedibus in sacris plarumque superstitiosus:*

*Mente absens vanas murmurat ore preces.*

*Et seges & loliū fundo nascuntur eodem:*

*Idem homo virtutis fit vitijque ferax.*

## Anglus.

### L A V D A T O R.

**A** NGLVS, siue Britannus, aquis terra-  
que beatus,

*Corpore conspicuus, floridulus facie.*

*Cultu, habitu nitidus: gestu, vultu gene-  
rosus:*

*Conuictu largus, dapilis, atque hilaris.*

*Ingenio sollers: cursu facilisque celerq;*

*Arcu est pręsignis: bellica ad arma citus.*

### C A L V M N I A T O R.

**A** NGLVS inhumanus, peruersus, saeuus, iniquus,  
Pra se contemnit quosque, sibi ipse placet.

*Proditor, inconstans, insidius, perfuga, furax:*

*Periurus, mendax: desidiosus, iners:*

*Lurco, popinator, lauta & pretiosa ligurit:*

*Sacchara dulcia edit, mollia vina bibit.*

*Stupro & adulterio, nisi lege coercitus, agre*

*Abstinet: occultu perpetrat ista delu.*

*Irrita vos annu prasagia mente volutat:*

*Fatidicus vana nititur augurjs.*

Hoc

Hoc equidem in primis mirum dignum-  
que relatu:

Non fert quadrupedes Anglica terra  
lupos.

Ast verò hocce bipes homini lupo est  
homo tractu:

Et plena est auidis Anglia tota lupis.

Danus, Noruegus, Suecus, &c.

### L A V D A T O R.

**D**ANVS, Noruegus, Suecus, Scandi si-  
mul omnes;

Atque alij, regio quos Borealis habet;  
Humanus, miris, totus teres atque rotundus

Felle atro, & tacita fraude carēs populus,  
Exercet duro fortissima membra labore:

Vomere sulcat agros, æquora naue secat.  
Auceps, piscator, venator sedulus, arte

Captat aues, pisces, persequiturq; feras.  
Non sæuo infestum bello offendit prior  
hostem:

Vt vim propellat, militiæ arma capit.

### C A L V M N I A T O R.

**D**ANT, Noruegi, Sueci, Gothi, hoc genus omne,  
Cuius toto orbe est cognita barbaries;

Nil habet in gestu, lingua, venerisve salisve:

Rusticitas vasto corpore inepta patet.

Non homines, sed monstra hominū. Septentrio gignit.

Gens rabida, immanis, seuæque progenies.

Hinc piratarum, latronum millia surgunt:

Hinc sceleratorum sordida colluvies.

Septem

Septem harum Europæ minùs improba  
Natio quæ sit,

Librare exacta si ratione velis:

Æqua cum Vitijs Virtutes pende bilance;  
Examen, Lector, spernere nolo tuum.

## EPILOGVS. CALVMNIATOR.

EUROPÆ populos bonos probosque  
Obnixè simul hîc velim rogatos,  
Ne, quidquid reprobis malisque dixi,  
Id dictum sibi censeant sinistrè.

QVI delicta hominum tacenda credit,  
Multum decipiturque falliturque.  
Vt prauum à Vitijs pudor reducat,  
Sunt planis Vitia arguenda verbis.

Ludebat Cornelius Kilianus Dufflæus.

## In suburbio ad Celestinos Heuerlæx.

ALBERTVS Maxæmyl. Imp. F. & coniux  
eius ISABELLA, CLARA, EVGENIA, Phi-  
lippi II. Catholici Reg. F. Hispaniarum  
Infans, Dei gratia Archiduces Austriæ,  
Duces Burgundiæ, Principes Belgarum,  
in imperij sui felicibus auspicijs, cum ad  
hæc loca venissent, vitream hanc fenestram pietatis ergo DD.

In hoc templo depicta est genealogia Illustrissimi  
Ducis Arschotani CAROLI, suntque multa eius-  
dem familia marmorea Epitaphia, sed cum Inscri-  
ptionibus serè idiomate Gallico.

D. M. S.

D. M. S.

**S**i forsan, Lector, queris quo nomine dictus,  
 Quae domo, & quanto functus honore fui:  
 Nomen GVILLMVS CROYVS cognomine, ab  
 ipsis

Regibus Hungaria qui genus vsque traho.  
 Tempora sunt iuueni rutilo redimita galero;  
 Primus in Hesperia Praesul & inde creor.  
 Verum & vana hominum spes & fiducia, quando  
 Nil hac aduersum tristia fata iuuant.

Aliud.

**L**estrorum quatuor Lachesis ex stamina nerat,  
 Cum subito incautum tertia Parca necat,  
 Et tamen ad summos fueram iam pectus honores,  
 Atque etiam antiqua nobilitate satum:  
 Sed nihil hec quicquam iuuerunt. Proinde Viator  
 Quisquis eris quondam qui mea fata leges;  
 Obsecro ne fidas vnquam iuuenilibus annis,  
 Neve animos tollant stemmata longa tibi.  
 Nec te vanus honos, nec caca pecunia fallat,  
 Omni sed semper tempore discere mori.  
 Sic viuens morere,  
 Vt mortuus viuas.

BRUXEL.

## BRUXELLENSIA.

IN BRUXELLAM.

Maxæmylianus Vrientius S. P. Q. Gand.  
à Secretis.

**N**on potui BRUXELLA caput regni esse Bra-  
Sed potui Belgæ Principis esse domus. (banti,  
Regia Concilio, cultu aurea, prodiga sumptu,  
Fontibus vda, situlata, beata solo.

Collibus assurgens, & amano florida luco,

Aulæ splendor, scenæ potentis heræ.

Grata Deis pietate, polo contermina tectis,

Aula ubi regalis qualibet vna domus;

Quæque puella Venus, Mars ciuis, Iuppiter ipse

Dux meus, & Iuno regia nupta Ducis.

In D. GYDVLE templo primario.

In summo choro, sub terra, muro inscripta  
leguntur sequentia.

In hac tumba iacet IOANNES II. Dux  
Lotharingæ, Brabantia, & Limburgia,  
qui obiit anno Domini M. CCCXII.

**Ibidem.**

Hic subtus iacet MARGARITA primi  
Regis Angliæ filia, quæ erat conthoralis  
IOANNIS II. Ducis Brabantia.

*A sinistru.*

In hac tumba iacet nobilis ANTONIVS  
filius primogenitus Illustriss. & strenuiss.  
Principis D. PHILIPPI, Burgundiæ, Lotha-  
ringiæ, Brabantia, & Limburgiæ Ducis  
S modernu,

moderni, nec non Flandriæ, Artesiæ, Burgundia, & Namurcensis Comitatus, qui quidem ANTONIVS obiit anno M. cccc. xxxi. Quinta die mens. Februarij.

*Ibidem sub terra, supra thecam  
vel cistam egregie ornatam.*

ERNESTVS Dei gratia Archidux Austria, Dux Burgundia, Stiria, Carinthia, Carniola, Wirtembergia, Comes Hassburgi & Tirolis, Maximiliani II. Imperatoris filius, Belgicarum prouinciarum Gubernator, moritur Bruxellis Anno M. d. xcv. Die xx. Febr. Ætatis suæ anno xli. mens. viii. d. v.

MEMORIA SERENISSIMI PRINCIPIS.

In la-  
mina. ERNESTI, Archiducis Austria, Maximiliani II. Imp. F. ex Maria Caroli v. Imperat. F. Ferdinandi I. nep. Max. I. abn. Rudolphi II. Fratris, qui cum regnum Hungaria & finitima loca per annos xvii. fortiter feliciterque administrasset, ad Belgij gubernacula à Philippo II. Rege auunculo vocatus. Easdem prouincias, etsi breui xiii. mensium spatio, cum æterna sua laude & gratia rexit in auita religione, in pace, in imperio reducendo intentus, in iisque curis mortuus Anno M. d. xcv. x. kalen. Mart. cum vixisset ann. xli. M. viii. d. v.

*Posuit ALBERTVS Archidux Austria  
Belgij Princeps singulari in fratrem affectu,  
cuiusque*

*eiusque corpus ex aduerso in tumulo Ducum  
Brabantia reliquit, monumentum hic voluit  
extare.*

· In Sacello venerab. SACRAMENTI.

**Q**uisquis ades, summi tangit quē cura Tonātis, Ieo-  
Dum properas, cœptum siste, Viator, iter. noctā  
stę de  
lerūt.

*Hac tibi viua caro, æterni sapientiæ patrio*

*Christus adest, viuum panis & vna salus.*

*Inuida Iudaism quam dum laniare laboras*

*Impietas, meritū ignibus ecce ruit.*

*Quare age, diuinos huic funde, Viator, honores,*

*Funde DEO dignas supplice mente preces.*

Tem  
pore  
VVē  
cessai  
Brab.  
Ducia

Nobili adolescenti ARNOLDO TSERAETS.

*Nunc iaceo, flabam qui nuper flore iuuenta.*

*Sic cui flores inuida Parca legit.*

*Sic Charitum segetes inuida Parca metit.*

*Sic summos titulos inuida Parca ruit.*

*Sic cœptis laqueos inuida Parca fruit.*

*Obiit anno M. D. XCV. X Iunii.*

**Ibidem.**

MARGARETÆ MAXIMILIANI CÆS. F.

PHILIPPI I. SORORIS.

**C**æsaribus proauū, & Cæsare clara Nepote, In la-

MARGARETA Austriaci sata semine MA- mina.

XMILIANI,

*Illā ego quæ mihi rexi moderamine Belgas,*

*Et per fœmineas percusso fœdere dextrās*

*Discordeis populos tranquilla pace beaui,*

*Hic satō depressa cubo, tellusque tenebit*

*Nescio quid nostro de corpore pulueris attri.*

*Lustra decem vita Lachesis vix neuerat, & mox*

Icono  
clastę  
fustu-  
lerunt



*Stamina Parca ferox fatalia rapit, iterque  
Ire per obscurum nulli remeabile iussit.  
At vos plebeio geniti de sanguine, quando  
Ferreæ nec nobis didicerunt fata, nec ulli  
Parcere nominibus, patientius ite sub umbras.*

## IN ALTERA LAMINA.

In eandem morientem.

**E**rgo nigra dies, & adest quoque flebilis hora  
Fœmina dia tibi? nec mors diademata curat?  
Ergo longa quies tibi iam properatur, & ista  
Lumina perpetuis claudet nox vna tenebris?  
Nec pietas, nec sancta fides, nec nobile stemma,  
Belgica nec Divos tellus miseranda mouebit?  
Scilicet hoc fuerit tumida monnere quod vnda,  
Et terra lacrymas suggesserit Amphitrite.  
Illa orbanda sua rectrice, orbanda parente,  
Iam nunc in riguos meditatur abire liquores.  
Parce pijs lacrymis, Tellus, & parce querelis,  
Nec mutari opta, quod stat fatalibus olim  
Ignibus impressum, nullis reuocabile votis.

D. O. M. SACR.

&amp; MEM. V. N. &amp; CI.

**Ex** **NICOLAI MICAVLT** Equitis aurati, In-  
**mar-** deueldæ, Doirpæ, Huissinghe &c. Domini,  
**more.** Præfectique in Binchio hæreditarij, nati  
Bruxellæ A. M. 10. XIIX XV. kal. Octobr.

Patre Ioanne Oistersternj Domino, Equite  
aurato, & velleris aurei Thesaurario, at-  
que ærarij Regij Quæstore.

Ipse **NICOLAVS**, indole & studijs ad vir-  
tutem prudentiamque factus **CAROLOV.**  
**Imp. & PHILIPPO II.** Regi Catholici in  
san-

sanctiore Concilio à consilijs ab Anno.M.  
10. LIV. fuit.

MOX & MARIAE laudatissimæ Reginæ  
Hungariæ, CAROLI sorori priuatus & do-  
mesticus Consiliarius;

Proque ea & Regina ELONORA Re-  
gum Galliæ & Lusitaniæ vidua, legatione  
bene & feliciter in Lusitaniam functus.

Classibus instruendis, com meatibus ap-  
parandis, alijsque muneribus variè præ-  
fectus,

In omnibus laudem Prudentiæ, Probita-  
tis, Fidei adhibuit & retulit:

Donec diutino marcore à terrenis Regi-  
bus ad cælestem abiit

Anno M. 10. LXXXIX. XVII. kal. Septemb.

*Itemque memoria*

MARIAE BOISOT Petri F.

Qui Rounæ, Doirpæ, Huissinghe &c. Do-  
minus fuit & eques Auratus, aureique vel-  
leris & ærarii Regij Thesaurarius.

Ipsa nata est Brux.A.M.10. XXIX, 8. Id. Mar.  
Suauiter & concorditer cum marito vixit,  
& XIV. ei liberos dedit. Obiit v. kalen. Iul.

An. M. 10. LXXIIX.

Optimis parentibus

Hoc monumētū quinq; superstites liberi  
deuincti parentum meritis PP.

cum lacrumis & votis.

*Fuere Lector, hi quod es,*

*Et mox quod hi sum, ipse eris.*

*O dura sors mortalium!*

*Hæc Parca parcit nemini.*

*O cæcitas mortalium!*

*Hæc cura tangit pauculos.*

*Te tangat, ô te, si sapi:*

*Mori ante mortem cogita.*

*Piè apprecare isthic fitis,  
Precentur alii sic tibi.*

D. O. M.

CANDIDA DE NIGRIS. Isaia 1.

**E**xtinctū luget tum plebs, tum Curia NIGRVM,  
Consilium hæc eiꝯ, altera sensit opem.  
Siquid erat nigri, tamen amplius omne repostum est  
Hoc isthoc tumulo, cætera candor habet.

An- Viue precor summi candore, PHILIPPE, beatus,  
tuerp. Candida dum fiant qua modò nigra iacent.

epi- Obiit ann. cio. iolxii. stylo Brabantiz,  
sco- pus. iv. Ianuari.

D. O. M.

**CHRISTOPHORVS AB ASSONVILLA**  
Ex mar- Eques, D. Alteuilla, Baro Bouchaut, PHILIPPO II. Hispp. Regi P. M. deinde ALBERTO & ISABELLÆ nostris Principp. à  
more. consiliis publicis & arcanis,

MARGARETÆ SCHIFFIÆ  
coniugi chariss.

ac

GVILIELMO filio opt.

Præmortuis hîc sepultis, ac etiam sibi  
ipsi ad huc viuens (mortis memor) hoc  
mon. P. C. Anno cio. iocii. Obiit x.  
April. Anno cio. iocvii.

Honorarium.

## Honorarium.

Ergoiaces WILLELME fili, & te mors  
 obruit inclementius? Non obluſtor. Sint  
 fatis ſua imperia, noſtra erunt obſequia.  
 Moreris, nam mortalis eras, & moreris  
 probus, hoc nobis ſolatium. Si te iuuenem  
 rapit, eſt fati cæcitas; ſi intra triduum, ra-  
 pacitas; ſi nouellum patrē, inhumanitas;  
 ſi anniculum maritum, crudelitas. Vixti  
 tibi ſatis, nimium ſeculo, ah! impuro &  
 turbido, mihi parum, filiolæ tuæ pauxil-  
 lium, vxori tantillum, quæ liqueſcit in la-  
 crumas. Cape pro inferiis meos canos,  
 imò meos annos, & hunc tumulum. Tu  
 præiſti, ſequimur nos & volentes. Sic lex  
 iubet. Sed dum moramur, SALVE æternūm  
 fili, & æternūm VALE. Anno M. D. XCVII.  
 v. Id. Iunii, Aetat. XXXII. M. VIII. Luce  
 XII. Obiit incomparabili ſuorum dolore,  
 non ſine magno max. Reipub. literariæ  
 damno.

## Ibidem.

**P**HILIPPVS HANETON, *clarus auro, hic eſt*  
*eques*

Regi PHILIPPO Caſarique CAROLO

Cum laude geſſit Audientiarium:

Sacer ordo, quem vellus decorat aureum,

Voluit eundem præſſe theſauris ſuis.

Virtus in vno hoc vicit inuidiam viro:

Tanta erat in omnes & fides & comitas

Animi que candor, maximis & infimis

S 4

Deſideratus

*Desideratus vnice, calum tenes.*

Obiit Anno M. D. XXVIII.

D. O. M.

Generis nobilitate, morum vitæque integritate clariss. PETRO DAMANT, atque ANNÆ BAYE, parentibus opt. mer. monumentum hoc prius operculo æneo decoratum, sed in deuastatione templorum in hoc Belgio Anno CIO. IO. LXXXI. ab Iconomachis sublatum, grati heredes liberi restaurarunt. obierunt, hic XIX. Iulij, anno salutis Christianæ CIO. IO. LXVIII. Illa XXVII. Maij, Anno M. D. LIX.

*Tu qui transis, & hac legi, pijs, manibus bene adprecare, ita posteris tibi.*

D. O. M.

IOAN. RICHARDOTVS Eques, PHILIPPO II. Regi Catholico à rerum status & secretis consiliis ac libellis, & Arthesiæ Præses, mortis haud immemor, ANNÆ CORCOLIÆ de Baillencourt amantissimæ coniugii iam mortuæ ac sibi morituro P. Vixêre, illa annos IX. supra XL. Hic ..... Obiêre autem, illa V. Oct. CIO. IO. XCV. Hic ..... *Vtrique viator bene precare.*

Ibidem.

ANNÆ CORCOLIÆ de Baillencourt famina lectiss. ac pientiss. moribusque ac vitæ integritate claræ: quæ dum anxiam cari mariti curam gerit, ad castra obsidionis Cameraci profecta, ibique morbo correpta, annū ætat. agēs XL IX. ē viuis excessit.

IOAN.

ET MONVMENT. BRABANT. 281

IOAN. RICHARDOTVS Philippi Regià  
rerum status & secretis consilijs & Arthe-  
się Praeses dulciss. coniugi coniux mestiss.  
Pos. Obiit v. Octob. Anno M. D. XCV.

MEMORIA ET AETERNITATI.  
SEYFRIDO PFINTZING ab Hessenfelt  
Patritio Norimberg.

Ingenuitate, mansuetudine, prudentia  
ad exemplar vsque laudatissimo,  
omnibusque corporis & ingenii dotibus  
ornatissimo:

Cui cum ætatis flos, fortuna, natalium  
splendor,

Domi suorum charitas,

Ciuum verò studium & fauor,

Ac carissimæ depectæ sponsæ coniugium  
secunda omnia pollicerentur,

Fatalis casus grauis, heu! &, miserabilis,  
paranti reditum in patriam,

& ad exoptatas maturanti nuptias,

Fortuito ictu sclopeti per errorem sua  
manu emisso,

Intercepta omni spe,

cum multorum luctu & dolore maxumo,  
fui relicto desiderio,

A. salutis humanæ M. D. LV. Non. Kal. Nou.

Vltimum vitæ diem attulit.

PAVLVS PFINTZING ab Hessenfelt natu  
maior frater

CAROLO Cæsarià Consilijs & Secretis,  
Pietatis & amoris ergo mestissimus  
Titulum posuit.

Cuius cura corpus in patrium solum,  
parentumque monumenta relatum est:  
Cor verò cum intestinis ac visceribus  
proximo sub saxo hic è regione posito,  
multis cum lacrumis humatum.

Tu viator, rerum humanarum memor,  
piè mortuis precare quietem.

LAPIDIS SEPULCRALIS INSCRIPTIO.

Hoc saxo tegitur COR cum intestinis ac  
visceribus, corpore in patriam parentum-  
que monumentum delato, ingenio, mori-  
bus & virtute verè ingenui adolescentis  
SEYFRIDI PFINTZING ab' Hessenfelt,  
Patritii Norimberg. qui crudeli & misera-  
bili fato, plumbea glande ex parua boni-  
barda suâ manu incautè emissa traiectus,  
die XIV. Mens. Octob. anno redemptionis  
humanæ M. D. LV. Aetatis verò suæ XXV.  
diem suum obiit.

*Cuius anima misereatur Deus opt. Max.*

In ambitu.

D. O. M.

Ex **mar-**  
**more** Illustri, ampliss. GVILIELMO PAMELIO,  
Adolfi F. Francisci N. Equiti aurato, ex an-  
tiquissima Baronum PAMELIORVM comi-  
tumque IOIGNIACORVM stirpe oriundo,  
propter raras animi ingenique virtutes,  
PHILIPPI II. Hispp. Regis auspiciis, pri-  
mo supremæ curiæ Mechliniens. Senato-  
ri, magistroque libellorum supplicum,  
dein Burgundici Concilii Præsidi electo;  
sed dum recusat, Flandrensi præesse iusso:  
post

post verò status Regi consiliario, denique cum Regi sigilli custodia, Senatus priuati capiti & Præsidi, ac id munus ann. xi. integerrimè functo, Regi fido, patriæ vtili, omnibus caro, tandem alieniss. tempore Belgis erepto, vxor quicum xxxi. ann. vnanimis vixit, fratresque IOANNES & ADOLFVS heredes, magno suo, maiori Reipub. mærore PP.

*Natus Brugis xxix. Nouemb. CIO. IO. XXVIII.*

*Obijt xxi. Ianuarii, CIO. IO. XCII.*

D. ANNA WINNOC vxor nata xv. Ian. M. D. xxxii. Defuncta est xiv. Ian. CIO. IO. xcvi  
Ibidem.

CL. Domino IOANNI SYLVAGIO Equiti aurato, qui primùm gessit Flandriæ Præsidentem, mox Cancellarium Brabantiz, postremùm Burgundiæ Hispaniæque perpetua cum laude & pietatis erga patriam, & fidei erga Principem, & integritatis erga omnes, vxoris charitas, & liberorum pietas Poss. Vixit ann. Lxiii. M. V. obiit M. D. xviii. vii. Iun.

Ibidem.

Eruditione iuxta ac nobilitate præclaro D. ENGELBERTO VAN DALE, Equiti aurato, qui cum aliquandiu in supremo senatu Mechliniensi Cæsari fuisset à consiliis, ac demum xvi. ann. Brabantiz Cancellarius ann. natus Lx. summo relicto sui desiderio, obiit xxi. Decemb. Anno redemptionis humanæ M. D. lvi.

FRANCISCA



FRANCISCA SYLVAGIA coniugi aman-  
tiff. pos. cui ipsa postmodum hoc in loco  
contumulari voluit. Obiit autem anno M.  
D. LXXIII. die XXVI. mens. Februarii.

*In naui Ecclesia sparsim.*

M. ROGERI Pictoris celeberrimi.

**E**X animis saxo recubas, ROGERE, sub ista,  
Qui rerum formas pingere doctus eras:  
Morte tua Bruxella dolet, quod in arte peritum  
Artificem similem non reperire timet.  
Ars etiam mæret tanto viduata magistro,  
Cui par pingendi nullus in arte fuit.

Honorarium.

CHRISTO REDEMPTORI SACR.

**D**Ordacum Batauū, Bruxella Brabātia, castra  
Regia, & vt paucis Belgica tota dole.  
Consilio, annonā, questurā, fascibus, vnus  
Omnibus illustris, publicus Atlas obit.

Ecquis Atlas? DRENCWAIRTVS, onus patria  
omne, & honorum

Pondera tot solus qui tulit, ille iacet.

Hospes abi, dictum satis hoc tibi, plura legendo  
Vum ne plures fortè fuisse, putes.

Viuere desiit an. CIO. IDCVI.

Max. Vrintius amico poneb.

Ibidem.

**C**Ur vilis homulle superbi?  
Concepte in amore pudendo,  
Cruciatibus edite magnis,  
Viuensque labore in amaro,  
Moriensque dolore in acerbo.  
Cur vilis homulle superbi?

D.O.M.

D. O. M.

**H**ic iaceo pauper, sum factus puluere pulvis,  
 Et quondam diues, puluere nunc iaceo.  
*Bruga furens fidum me nouit MAXMYLIANO,*  
*Cui à dando miseris, sacrificusque fui.*  
*Muneribus sacris ditatum à Cesare magno*  
*Mors rapuit. saltem dicito, Parce Deus.*  
 Mag. NICOLAVS MAYOVL Canonicus  
 huius Ecclesiæ, obiit anno M.D.XXI. mens.  
 Iulii XIV.

D. O. S.

**H**ac quoque qui transis non sit tibi quæso molestū  
 Sistere paulisper, nec celerare gradum;  
*En lapis iste super quem stans legis hoc epigramma,*  
*Arida consumpti corporis ossa tegit*  
 REYNERI dicti DE WAEL, quem saepe magistrū  
*Artibus insignem fama fuisse refert,*  
*Nec non & iuuenes annis triginta duobus*  
*Ingenuas artes edocuisse virum.*  
 Mortuus est an. Do. M.CCCCLXIX.XXVI. die Sept.  
*Quem numerum metro claudere Musa negat.*  
*Vt requies animam foueat tranquilla per æuum,*  
*Lector amice Deum quæso rogare velis.*  
 Sub tabula D.ac Mag. HENRICI VAN  
 ZVENE hic Canonici scripti erant hi ver-  
 ficuli.  
*Cùm caderem, studui templi reparare ruinas:*  
*Erige plasma tuum, & sis mihi vita DEVS:*

Ibidem.

Reuerendo ac præclaro viro D.ac Ma-  
 gistro MARTINO COOLS, primùm Pleba-  
 no

no, postea Canonico & Cantori huius Ecclesiæ, qui dum xxx. annis gregem sibi commissum pastoralis vigilantia, nec non summo zelo & auctoritate à lupo insidiantem accuratissimè propugnasset, ad Ecclesiæ Catholicæ augmentum in Academia Louanensi IIII. Bursas fundasset, duas scilicet in Artibus, & alias duas in S. Theologia, tandem commune Naturæ debitum exoluens, animam Creatori suo reddidit die XI. Feb. M. D. LVI. Consanguinei & heredes piæ eius memoriæ causâ hanc tabulam renouari & poni iusserunt.

### Ibidem.

PHILIPPVS STERCKE H. F. Regi PHILIPPO, & ab eo sereniss. Archiducibus ALBERTO & ISABELLÆ à consiliis Finantiarum, & *Margarita ab Honsicht* Ioachimi secretioris senatus F. coniuges, cùm orbi essent sibi viui poss. Moritur ille CIC. DC. .... Hæc è ..... CIO. DC. ... Vna fecerunt annos ... menses ... dies.

*Vt inter spiritus sacros  
pias locet mentes DEVS,  
ora Viator.*

Ad pedem vicini porticus ambo SS.

### Honorarium.

**P**rimum, PETRE, iubar tibi luxit amica Tiletū,  
Ganda Scholam, cultum Gallia compta dedit.  
Prinatum in mysten te Rex delegit Iberū,  
Austriū ALBERTVS nec negat esse suū.

SACRORUM

*Sacrorum insignem te Gudula diua Decanum*

*Vidit, & applausit spe meliore tibi.*

*Nunc cineres inuita tuos meritaque tiara*

*Spem tegit, & lacrymans vota caduca metit.*

Aliud.

**T**E Latia & Graia plorāt, PANTINE, Camana  
*Tu quibus Antistes vnus & vnus eras.*

*At neque te plorant Graia Latiaque Camana,*  
*Orba oculis, oculo te praeunte suo.*

Reuerendo in Christo Domino D. PETRO PANTINO, D. Gudulae Decano, ingenij & iudicii exquisiti viro, genuine Latinitatis vindici fati praeuenientibus intercepto, Max. Vrintius hoc amicitiae plusquam fraternae monum. pos. obiit.  
 CIO. IOCXII. XXV. kal. Ian.

D. O. M.

Domino HENRICO STERCKE Equiti, CAR. V. à Consiliis, Finant. Quæst. generali, ac ordinis Velleris aurei Thesaurario, fide, integritate, atque animi constantia conspicuo,

Et

Dominae ISABELLÆ DE OCOCHE, moribus ac pudicitia priscis illustribus feminis comparandæ, vxori dulciss. PP. O. ad basim huius altaris sitis, liberi memoriae ergo & huius ædis ornandæ causâ P. C.

IBIDEM.

Hic sepultus est D. FALESIVS BALDVINVS, à Burgundia, cū parente sua D. IACOB A DE GAVRIS, quæ obiit XXVI. Sept. M. D.

LXVIII.

LVIII. Æt. LXXXIV. Ille verò XXII. Febr.  
M D. XLVII. Æt. XL.

*Defunctis bene precare. VALE.*

*Discite nunc homines cœlum virtute pacisci,  
Qui CHRISTO moritur, morte perennius erit.  
Viuendo morimur, obitu pia vita paratur,  
Sanctæque mors vita præmia certa parat.*

NICOLAI OVDAERT Epitaph.

**H**ic & amor recti iacet inconcussus & aequi,  
Atque Brabantina gloria rara toga.  
Nec non exemplar generosa nobile mentis,  
Ingenuæque adeo Nobilitatis honor.  
Denique vir talis, nunc liuor dicat ut ipse,  
Debuit OVDARTVS non potuisse mori.  
Obiit mens. Nouemb. CIO. IO. LXXVII.

D. O. M.

Ex **GVILIELMO BREVGEL OIRSCHOTTANO**  
mar- Genere, eruditione, virtute nobili  
more. Qui pro religione exilium passus,

Regi suo fidus, bonis sub hastâ venditis:  
Cum x. annis causarum patronus,  
XXXI. Consiliarius ordinarius,  
in supremo Brabantiz Senatu,  
I. v. peritiâ, prudentiâ consilioque  
Remp. iuuiisset.

IX. Iunii. A. CIO. IO. CIII. Ætat. LXV.

Coniugii XXXIX. è. viuis decessit.

MARIA COPPINS BRUXELLENSI  
eius coniugi, & ex eo x. liberorum  
parenti:

Quæ in utrâq; fortunâ marito sæper comes  
XXII. Augusti. A. CIO. IO. CXI.

Ætat.

Ætat. LXXIII. viduitatis. IX.  
ad æternam vitam secuta est.

CATHARINA BREUGEL &  
NICOLAUS DE WEERDT. ANTWERP.

L. V. L. ANNA BREUGEL maritus  
soccero in dignitate successor  
Piis parentibus, sibi & posteris,  
monumentum sepul. iure. P. C.

*Quis legis pijs manibus bene apprecare.*

*Sic aliquis tibi.*

D. O. M.

**D**ignus hic quem noris hospes, ne fuge & carmen  
breue est.

Tegitur hac IUDOCYS illo sub petra LEEN-  
HERIVS,

Qui Canonici ac Sacerdos templi D. Gudula  
Sic pijs ornauit actis integrisque moribus,  
Nullum ut aquæ possit aurum, nulla possint marmore.  
Aut sacris adstabat aris, aut stato adorat cultui,  
Aut egenos subleuabat arte seu pecuniâ:  
Diseres vtrumque fratri possidere non sibi.

Nemo quippe melius artem calluit Chirurgicam,  
Quâ probatum est Philippo Caroloque regibus.

Hæc dote condidit rara morum comitas.

Gratius Pietate nil est, nescia supercilii.

Sic mori re didicit ipsa, symbolum exprimens summa,  
Pectori quod melius ille quam anulis insculperat.

Obiit A.D.M.D. XVII. mē. Maii die XXI. II.

D. O. M. S.

**H**oc iacet in templo BAYNICK LAV-  
RENTIUS, alter

Delius, huic artem pulcher Apollo dedit.

T

Doctior

Doct̃or erat Medicus, Chirargus & optimus, omnis  
Virtute excellens, gratus ubique probus.

Hunc Burgunda domus studijs nutritiū alumnū,  
Vixque merebatur munera multa dedit,

Et sibi præcipuum medicum dux ante Philippum,  
Carolus hinc habuit, hisque Senator erat:

Atque sacer Bourbō Ludouicus Episcopus, huic  
Sensit opem, hinc carum Principibusque fuit.

Illorum auxilio, templique Canonicus huius,  
Sancti in Traiecto Seruatiūque fuit.

Louanij hunc habuit Cantorem ecclesia Petri,  
Optemus Superius iam canat ille chorus.

Obiit anno Domini M. CCCCLXXXVI.

Secunda die Martij.

PIÆ MEMORIÆ POSITVM.

Cantorū egregiū CARDOT, quē duxit in auras  
Nobile Rothomagum, quique hic præstantibus olim  
Seruiuit Deuinis, nunc sacro cinctus amictu  
Clauditur hoc saxo, sibi Calicula misereant.

Cestuy CARDOT DE BELLENGVES na-  
tif de Roan, ne en l'an M. CCC. quatre  
vingt & trespassa en l'an M. CCCCLXXX.  
XXV. de Feburier.

Fay tout ce que tu voudras

Avoir fait, quand tu mourras.

IN MONTE PALATINO, vulgò FRIGIDO,  
FRANCISCO, diui MAXIMILIANI Imp.  
Cæs. semper Aug. F. PHILIPPI Hisp. Re-  
gis Catholici, illustrisque D. MARGARE-  
TÆ fratri Germano, qui natus an. M. CCC.  
LXXXI. cū vixisset circiter mens. IV,  
concessit fatis.

lacet

*Iacet in Choro maiori, in tumba marmorea nigra,  
cum imagine eiusdem defuncti ex alabaſtro.*

*Ibidem.*

*Vt tibi mors felix contingat, viuere diſce:*

*Vt felix poſſis viuere, diſce mori.*

D. O. M.

Hic iacet Magiſter EMVNDVS DE DYN-  
TER, Illuſtrium Principp. & Dominorum  
quondam ANTONII, IOANNIS, & PHI-  
LIPPI, &c. ac etiam PHILIPPI, Burgun-  
diæ & Brabantia, &c. Ducum Secretarius,  
qui obiit anno Domini M. CCCC. XLVIII.  
menſe Februarij xvii. Cuius anima

R. I. P.

### In ſacello Palatii.

Anno Domini M. D. LIII. ſexto No-  
nas Iulias, nos HIERONYMVS DANDINVS  
CÆŒENAS, tit. S. Mathæi, S. R. E. Presb.  
Cardinalis, cognomento Imolenſis, IV-  
LII. III. Pontif. Max. & ſanctæ Apoſto-  
licæ ſedis, ad glorioſiſſ. & inuictiſſ. Prin-  
cipem CAROLVM Romanorum Imper.  
ſemper auguſtum, vniuerſamque Ger-  
maniam ſuperiorem & inferiorem, reli-  
quaſque illius ditionis Legatus à latere,  
piſſimis votis deſiderioque ipſius CARO-  
LI & vtriuſque eius ſororis HELEONORÆ  
Galliarum, & MARIAE Hungariæ Regi-  
narum inducti, hoc ſacellum, & ſummam  
in eo aram D. PHILIPPO Apoſtolo, &  
D. IOANNI BAPTISTÆ conſecrauimus,



ac omnibus Christi fidelibus qui hodie  
eodémve per singulos annos die, facel-  
lum hoc religionis adorationisq̃ue causâ  
adierint, veniæ absolutionisq̃ue ann. VII.  
in morem ecclesiæ solitum condonau-  
imus.

IN TEMPLO B. MARIE VIRGINIS,  
*Vulgo Op de Sael.*

D. O. M.

MAXMYLIANVS AB EGMYNDA, Comes  
de Buren, & Leerdam, Dominus de Ise-  
steyn, Cæsareæ Maiestatis Capitaneus ge-  
neralis, ac Gubernator in partibus Frisiz,  
Transisulaniæ & Groningæ, Obiit Bruxel-  
lis XXIII. die mensis Decembris, anno M.  
D. XLVIII.

*Nosse DEVM & bene posse mori, sapiëntia summa est.*

D. O. M.

D. HELENÆ DE L'ESPINEZ matronæ  
tam genere quàm moribus  
lectissimæ coniugi,

Illustris D. IOAN. BAPT. DE TASSIS Eques,  
ac ordinis D. IACOBY de l'Espada,  
Commendador de los Sanctos,  
PHILIPPI II. Hispaniarum Regis,  
status per Belgium Confiliarius,  
PHILIPPI III. Regis Catholici apud  
HENRICVM IV. Galliz Regem  
Legatus R. C.

Inter viuos esse delist An: MD. XCVIII.

III. Non. Decembris,

Ætatis LXIIII.

Ibidem.

Ibidem.

**I**ean le boyteux chevinant droict  
 Gist à present en c'est endroit.  
 Boyteux par tout il fut renommé,  
 Des grands & petits renommé,  
 De soy marier n'eust enuie,  
 Quatre vingt ans fust sa vie.

IN D. GAVGERICI.

*Siste pedem Lector, sanctam huic optato quietem.*

PETRO COECKE, cognomento ab Alost, CAROLO V. Cæsari ac MARIA Regina Hungariæ Pictori ordinario, ingenio, arte, industria incomparabili, MARIA coniux mœstiss. pientissimo coniugi Pos. Vixit ann. XLVIII. M. IIII. D. II. Decessit Bruxellis VI. Decemb. Anno M.D.L. Natus Alosti XIV. Aug. Ann. M.D.II.

*Virtus morte superior.*

IN TEMPLO, vulgò CAPELLA.

IOANNI SACHEVERELLO de Morley, in Comitatu Darbiensi, Anglo, clariss. suæ familiæ viro primario, Catholicæ Religioni veræque pietatis cultori eximio: qui cum Angliam sectariorum versutia in Calvinismum denuo relapsam cerneret, protinus ut DEO liberius seruiret, elusa carceris custodia, in quem ob orthodoxæ fidei confessionem coniectus fuerat, per amplis possessionibus fortunisque omnibus relictis, voluntarius exul in Brabantiam profugit, ubi etiam variis iactatus casibus, damnisque non modicis affectus,

nec inueniens in quo tuto consistere posset. tandem fractus penè molestis itineribus sæpius repetitis, Bruxellam Brabantiz ciuitatem peruenit, in eaque quod reliquum erat vitæ, non sine magno integritatis & innocentiz exemplo consummauit. Postremò iam morti vicinus, hunc sibi sepulturæ locum, ibi inferius ad dextrum cornu altaris B. MARIE, pius ac grandæuus senex delegit. Obiit xxiii. Octob. 1613. Anno ætatis suæ lxxv. Exilij xxx. R. I. P.

D. O. M.

Ex  
mar-  
more.

Religione ac pietate insigni matronæ  
D. ANTONIÆ DE LA SALE, vxori chariss.  
IOANNES LANGIUS, Domini in Beaulieu,  
olim D. CAROLO v. Cæs. Aug. deinde  
PHILIPPO Hispp. Regi Catholico à secre-  
tis, cui liberis posterisque suis ad pedem  
huius saxi ius est inferendi perpetuum,  
sanctiss. erga eam amoris pignus, & mo-  
numentum B. M. P. C.

Obiit iii. kalend. Ianuar. Anno Domini

M.D.LXIII.

AD FRANCISCANOS.

D. O. M.

LVDOVICO BROOMANNO,  
Iacobi ex Cornelia Verheyleweghe F.  
à natiuitate cæco,  
artium liberalium Doctori,  
Iurisprudentiæ candidato,

Musi-

Musicesque principi,  
**GEERTVDS KEYSERS**  
 Iodoci ex Maria Cleerbaghen F.  
 marito bene merito sibi que P.

Vixit ann. LIX.

Obijt VIII. Ianuarii, M. D. XCVII.

**L** Vminis expertem genitrix produxit in auras,  
 Maior at ingenio lux fuit orta tuo.  
 Iunonem Natura, Iouem se prestitit auctor  
 Illius, & varia damna leuauit ope.

De grege Tiresias vatum fuit vnus, at alter  
 Haud tibi par docta Musicum arte fuit.

Ioannes Bochius s. p. q. Antuerp, à secretis  
 conciui suo pos.

D. O. M.

**IULIO CÆSARI XANTHO** Senen. Ora-  
 tori, qui incredibili labore & fide collap-  
 sam Rempub. apud Regem Hispp. **PHI-**  
**LIPPVM II.** erigere contendit, quam iam  
 ante assiduis ciuium seditionibus afflictā,  
 suo consilio & Imp. **CÆS. CAROLI. V.** be-  
 neficio restituerat, post xxxvi. annorum  
 absentiam à laribus & patria Reipub.  
 caussa. obiit Bruxellis, anno M. D. LIX. VI.  
 kal. Nouemb. filii mœstiss. P. B. M. F. C.  
 Vixit ann. LXVI. M. X. D. XVI.

*Ob patriam exhaustos, IULI, si fata labores  
 Respiciunt, certè pulcherrima premia celo  
 Persoluent tibi, qui nunc primū in morte quiescis,  
 Atque una patria curam vitamque relinquis.*

T 4

Ibidem.

Nobilissimi atque amplissimi viri D.  
 FERDINANDI DE SALINAS, Belgicæ  
 Principum interioris concilii Conciliarij  
 Principis Epitaphium honorarium.  
*Max. Vrientium mœrenti mœrens pro ad-*  
*fectu pos.*

**C**ONCILII ARCANI decus, & lux antea  
 Belgi

*SAT legum, & Domina purpura honorque Toga,*  
*Indignus tellure recessit ad astra SALINAS,*

*Orbe gemit Probitas, Iustitia orba gemit.*

*Fleat BRUGÆ natale solum, BRUXELLA dolorũ*  
*In latices fontes vertit amara suos.*

*Spes recti sublapsa ruit, sola improba sola*

*Gessit inexpletas vna Lauerna manus.*

*Sed notat hanc Nemesis scuticam motura, Sepulch*

*Ladere ne requiem composita vrna vetet.*

*Sætte Senex, venerande Senex, rude digne SALINA,*

*Sit requies cineri, pax sit amicis tibi.*

*Stent laudes nomenque tuum, dum sidera cælum,*

*Dum thyma dulce solum, sal dabit acre salum.*

*Obiit magno maximo Reipub. &*  
*honorum omnium dolore x. Decemb.*

*Anno CIO. IO. C. X.*

*Cum vixisset annos LXXII.*

*Concilio interfuisset XXII.*

*Præfuiisset circiter II.*

*Aeternam placida compositus pace quiescat.*

**AD DOMINICANOS.**

*Incarnationis anno M. CCCCLXII. XVI.*  
*Decembris Conuentus iste cepit initium.*

**D. O. M.**

D. O. M.

IOAN. BAPT. SCHITIO Cremonensi,  
viro clariss. qui inter Mediolanenses pri-  
mum Senatores, deinde inter primos CA-  
ROLI V. Aug. & Regis PHILIPPI eius F.  
Consiliarios, cum Integritatis, fidei &  
prudentiæ gloria per quinquennium ver-  
satus est, fratri B. M. FREDERICVS frater  
mœstiss. Pos. Obiit Bruxellis, omnibus  
max. sui desiderium relinquens, annu-  
agens XLVIII. Idib. Febr. M. D. LVIII.

POSTERITATI SACRVM.

THEODORVS LIEFVELDIUS H. S. E.

Quem vt videas, Lector, paucis cape.  
Nobili domo natus, & educatus VILFORTI,  
Ab Adolescentiâ

Ad humaniores litteras, &amp; inde

ad Iuris cognitionem transiit,

In iisq; ad culmen conscendit,

INGENIO atq; INDVSTRIA duce.

Quâ famâ, abs MATTHIA Austriaco

IMP. F. &amp; FR. 'BOYES percussus,

Mox ab eodem, &amp; BELGG. ORDD.

Magno Concilio adiunctus,

Denique BRABANTIA CANCELLARIVS  
renunciatus est.

Quas DIGNITATES, câ PRVDENTIA

&amp; INTEGRITATE obiit,

Vt parum sibi, Reipubl. omnia profecerit,

Testes Liberi &amp; superstes Familia,

Apud quos præter BONVM NOMEN  
nisi mediocria.

T 5

Ad

Ad summam,  
 PRINCIPIBUS gratus,  
 POPULO venerabilis,  
 OMNIBUS Carus vixit.

DOCTRINA, & VSV Rerum gerendarum  
 Inter sui sæculi PRIMOS tātū nō PRIMVS.  
 Abijt. PHILIPPI II. HISP. REG. Cōsiliarius.  
 Ætatis suæ anno XXC.

CHRISTI. M. DCI.

LIBB. PP.

*Bene apprecare illi Lector, sic Posteris tibi.*

### AD CARMELITAS.

Huius Conuentus fundatio incepit anno Domini M. CCXLIX. tempore INNOCENTII Papæ IV. sub generalatu Magistri SIMONIS STOCH iam miraculis clarescentis, regnante Duce Brabantiaë HENRICO III.

D. O. M.

D. RODERICO A CASTRO, Illustriss. Comitis de LEMOS F. equitum cataphractorum Regis Catholici Capitaneo, Princeps Asculi pos. III. Ianuar.

IBIDEM.

Ad leuam huius Chori paterno inhumatum est sepulchro corpus generosi viri V. I. Licentiat. ac Equitis aurati D. ANNOOLDI HEETVELDII, Domini de *Salmflacht*, qui Consulatu & alijs publicis muniis magna laude & Reipubl. Bruxell. vtiliter functus, tandem Ædituus D. Gudu-  
 la

æ moritur III. April. CIO. IO. LVIII.

*Quem vinum amaranus, mortuum precibus iuuent.*

DEO SACRVM.

Vir Nobilis IACOBVS ANGIANVS Eques, Toparcha Kestergati, Wouwenbroke, Bruellæ, Neufuillæ, Nouionschellæ, & Nielæ.

Hoc Sacellum, rebellium & Hæreticorum iniuria disturbatum suo impendio instaurauit, ornauitque.

PIETATIS GRATIA

ET

MEMORIÆ MAIORVM,

Quos hic commune sepulchrum habuit. Vt PATREM eius, AVVMQUE in hac vrbe Consules, PROAVVM LVDVICVM, in ea ipsa Prætorem. Et præcipue honori IOANNIS ANGIANI, Equitis, Kestergatii Toparchæ, & Wannenbrokæ, vicecom. Grimbergani, Duci Burgundiæ à cubiculis, eiusdemque postea œconomi, viri variâ virtute, prudentia clari, & qui res Belgicas stilo complexus fuit.

*His omnibus, Lector, fauentiam exhibe,*

*Et vota pro quiete eorum suscipe.*

Aliud.

**V**ides sacellum hoc, Lector? id turbauerat  
Fœdaueratque nuper impius furor  
Turbantium fœdantiumque hic omnia.  
Erant sepulti nobiles aliquot viri  
Ex ANGIANA stirpe: quos beauerat

Et



*Et dignitate & opibus infimal DEVS.  
Atqui hi vicissim, quicquid hoc erat, DEO  
Construxerant ornauerantque. ac barbari  
Nec hos reueriti iam quietos, nec DEVM,  
Euellerant dissecerantque hac omnia.  
Sed non tulit qui stirpis eiusdem cluet  
Eques IACOBVS ANGIANVS, is DEO  
Cultum reposuit, & decus maioribus,  
Impendio suoque. matte vir ingenti,  
Depredicande nunc, beande postea,  
Cum caelos inter caelites eris tuos.*

Vouebat & plangebatur

I. LIPSIVS.

In D. Virg. Sacello.

**HIERONYMO VANDER NOOT**, viro cum  
generis splendore, tum virtutum omniū  
genere ornatiss. Equite aurato, annis XVII,  
Brabantiae (CAROLO V. imperante) Can-  
cellario, ac MARIAE A NASSAV, parenti-  
bus optimè meritis proles pientiss. æter-  
num gratitudinis monumentum Poss. Vi-  
ta defunctus est ille, anno Æt. suæ LXXVII,  
Hæc XL. A Christo nato ille CIO. IO. XL,  
XVIII. Febr. Hæc M. D. XXI. II Ianuarij.

IBIDEM.

D. O. M.

**Clariss. Domino D. GVILIELMO VAN-  
DER NOOT**, Equiti, Regiæ maiestatis in  
supremo sui Ducatus Brabantiae Senatu  
Consiliario primo, ac vice-Cancellario,  
Feudalisque curiæ, dum viueret Vicario  
post multos sudores summosque labores  
amplius

implius quàm XLIII. ann. in præfatis publicis functionibus exantlatos, & pro fide sua erga Deum & Regem ad annos aliquot exulare coacto, & interea coniuge chariff. D. MARGARETA DE RAVESCHOT, matronâ grauissimâ, in vrbe Leodiensi orbatotandem post-liminio reuerso, multoque senio cōfecto, hîc iuxta paternum D. HIERONYMI VANDER NOOT, etiam Eq. ac dicti Senatus Cancellarii, maternumque D. MARIE DE NASSAV, & auitum D. WALTHERI pariter Eq. Domini de Risoire & Westwesele, Diuorum PHILIPPI, ac CAROLI Ducum Brabantie Cubicularii & Consilarii, ac Dominae DIGNÆ VAN GRIMBERGEN regione versus alrare aliaque varia tam agnatorum, cognatorum quam affinium in hoc sacello obuia sepulcra eius voluntati supremoque elogio piè morem gerentes, *Hieronymus, Antonius, Adriana, Hieronyma liberi & heredes M. Poss.* Obiit kal. Ianuar. M. D. XCI. Act. LXXVI.

In ambitu

**P**ETRVS AB HYMBECA Carmeli mōtū alūnus,  
*Quæ quondā Sophia studiū & sacra pagina pictū  
 Doctōrum ornābant redimitum tempora fertis,  
 Clauditur hoc tamulo, repetit mens candida celos.  
 Sic morimur sensim, & momento extinguimur vno;  
 Vt rutilans tam pæ oleo cessante, perimus.*

Obiit a. Domini M. D. XCVIII. XXIX. Maii.

Act. LIV.

Ibidem

Ibidem in Capitulo.

**H**ic posui frater Laurentius ossa Cupærus  
*Dic requiem Lector, manibus ergo meis.  
 Ut dum finis erit mundi, defunctaque surgem  
 Corpora, perpetuum mittar in Elysium.*

Morte cadens anno M. D. XCIV. XXIX. Mar-  
 tii, ætat. LXVI.

Ibidem.

**H**oc saxo tegitur Laurentius ille Rolandus  
*Oeconomus quondam gnarus in officio,  
 Præfessusque chori multis feliciter annis:  
 Nunc manes precibus quaeso iuvate pijs.*

Ibidem.

**C**ernitur hic Christus rapido per inane volatus,  
*Ut petit æthereos (morte obita antè) polos.  
 In iuga Palladia retinent quæ nominæ Colinae,  
 Ante suorum oculos nobile carpsit iter.*

IN DOCVS BEBORCH, sacri sacer huius alumnus  
*Carmeli, posuit quæ ista tabella docet.  
 Nec frustra, hos summis etenim mens incluta votis  
 Optat, burnum ut corpus, spiritus astra petat.*

Anno M. D. XCVIII.

AD AVGVSTINIANOS.

DEO OPT. MAX. SACRVM

&amp;

MEMORIÆ

Viri nobilis IOSEPHI HARTLEB dicti  
 Walsporn Augustani, qui cum SS. PP. Ar-  
 chiducibus Austriae ALBERTO & ISABEL-  
 LA Thesaurarij aulici officium summa  
 curâ & fide in Hispania & in Belgio ali-  
 quot annis administrasset, sui & lati me-  
 mor,

mor, in hoc monasterio sepeliri voluit, cui ccc. libras Flandricas delegavit, ut inde pro animæ suæ refrigerio quotidie Sacrum vnum, & ad diem obitus anniuersarium solemne celebretur. Cuius votis Lector benigne adspira.

Obijt anno cld. lxcv. xx. April.

### Ibidem.

Kal. Iunij, cld. lxcvi. fatalem diem clausit hoc sarcophago claudendus vir absque invidia generosissimus, æuo nostro æterno dignissimus, D. IOANNES TEXEDA, miles S. IACOBI, Carricolæ Comendator, qui castrum Barletense in regno Neapoleos, qui insulam Cubensem per mare terramque in India occidentali rexit, & bellis frementibus Dux primarius direxit: qui Regi Catholico inter bellicas BELGIAE procellas à Consilijs, & inter arma militaria Director extitit.

Clariss. v. d. VINCENTIO CORNELIO MYERROPIO, CAROLI V. Imp. Thesaurario, Domino à Cabau, Ketel, Linden &c.

**H**ic recubo à MYERROP (Lector) VINCENTIVS, oro

*Quæ fuerit vita, perlege summa mea.*

*Bi septem vixi lustris, sed ter tria duxi*

*Obsequio addictus Principis vsque mei.*

*Exilis primum, maior mox, maximus autem*

*Sub finem, cum mors omnia sæua tulit.*

Cesari

*Cæsari tram fidus, miseris patronus, & inde*

*Dextera fatua volat cuncta per ora virum,  
Hostilius haud nocui, nunquam vindicta placebat,  
Hinc spero à Christo pramia digna. VALE.*

*Obiit anno M. D. C. XIV. Iunij.*

*In obitum GUILLELMI VAN GRAMB,  
Genere, Forma, Aetate  
nobilis, egregii, Pueruli.*

*GUILLELMVLVS pulchellus,  
Iunone pulchrâ pulchrior,  
Genis Diones mollior,  
Collumbiliq̃ue plumulâ*

*Nunc occidit,  
dolor! dolor!*

*Heu! dulcior puellulus  
Quàm mel sit hyble nat saccarum,  
Nitore vincens candidos,  
Candore vincens cygnulos.*

*Sic occidit?*

*dolor! dolor!*

*Matris mel & suauitas,  
Sororis & passerculus,  
Fraterculiq̃ue basium,*

*GUILLELMVLVS nuper fuit:*

*Sed heu! fuit.*

*dolor! dolor!*

*Hos patulos ocellulos,  
Hac colla mollicellula,  
Has lacteas papillulas,*

*MATER, SOROR, FRATER, gement:*

*Frustra, sed heu!*

*dolor! dolor!*

*In*

In ambitu.

D. O. M.

Quis sim, sine scis, Lector, ipse (morbore paulisper)  
edisseram, (hic)

GISEBARTVS GVILIELMVS est nomen mi-

E Ducis-sylva ad eremum

Augustianam secessi:

Litteras Latinas, Græcas, sacras,

Louanium me erudiuit,

cas omnes ibidem, & potissimum

in hac vrbe Bruxell.

in scholis, pulpitis,

cathedris confessionalibus effudi:

talentis mihi à Deo creditis,

alia plura superlucratus sum.

Carni, Mundo, Dæmoni,

In sacra Religionis palæstra strenuè

pugnanti,

cursum percurri;

Brauium in ancipitis quæstionis

magno die æternam,

ab Agonothera cœlesti recepturus;

hic quiesco.

Tristi ægrimonia correptus,

Sontico morbo correptus,

præcote fato præreptus.

Abi bonæ mentis, Lector,

bonæ vmbre memor, finis etiam tuæ,

(nam sic abeVnDVM è vita cunctis)

non immemor.

Et

Nostra prete vt iuuere vitus postea,

V

Me

Me mortuum tu iuuare ne nega.  
 Dissolutus es, & cum Christo esse cœpit,  
 ad D. Pauli exemplum,  
 pridie eius conuersi festam memoriam,  
 Magno ordinis scholæque dispendio,  
 amicorum luctu,  
 iuuentutis desiderio. (taxeos.  
 Magistro mœrēti mœrēs Pos. Classis Syn-  
 DoMInVs KoCat bonos.

Ibidem.

GISBERTO GVILLIELMIO huius instituti  
 Religioso, Professo, Sacerdoti.  
 Ipse loquitur.

I.

**Q**uemcunque vegetem floridumque conspicio  
 Modò, Viator, crastino occidit vir.  
 Instat ruina quicquid orbi continet,  
 Casum minatur quicquid excelsum vides.  
 Heu! quid sumus? sagaci vmbra Simy,  
 Euanius vapor, caduca bullula,  
 Expertus hoc GISBERTVS hic edissero,  
 Aetate qui vigente nuper florui,  
 Mox ut pruina lasus heu! deflorui.

II.

SILVA-DVCIS vitam, sacrata Religionis  
 Doctrinaque decus nobile LOVANIVM,  
 BRVXELLÆ famam, laudem formata iuuentus,  
 Languor ab affecto dat mihi ventre necem.

III.

Memores necis, memores salutis viuite.  
 Nil est in orbe quod peremet lubrico.  
 Vocatum ante tempus hic quiesco, ne

Serò

*Serò vocatus, non paratus aduolem.*

IV.

*Sylua-Ducis vitam, varias Grudium dedit artes,  
Aula Ducis vitam rapuit Grudijque labores.*

V.

*Proh superi! lustris rapitur vix quinque peractis,  
Ereptus longam perpetuamque necem.  
Si prece vel pretio possim reuocare peremptum,  
Nostra ope, restaret mox pater ille redux,  
Secessit non discessit: quid restat agendum  
Ergo mihi? sequar hunc, si ille redire nequit.  
Rhetores & Poëte pangebāt & plāgebant.*

AD BOGARDOS, ord. S. FRANCIS,  
Venerando ac religioso in Christo Patri

IOANNI GODSCALCANO,  
huius domus Præfecto digniss.

**N**obilis ingenio, clarus virtute, Minister  
Huius Cœnobij, tumulo requiescit in isto,  
IOANNES GODSCALCANVS, quē sola senectus  
Commendet populo, quanquam testantia mores  
Scripta vigent, pietas quæ inconcussa relucet.  
Multum hic hæreseos vexatus labe reuixit,  
Vt palma exiliens, quæ dum concussa reclinat  
Prona caput, grauius consurgit in æthera victrix.  
Præfuit hic dudum diuersa per oppida missus  
Terna sequens vota, & Francisci pauper in armis.  
Crimina laxabat, retinebat iure sacro  
Confessus, multum patiens perferre labores:  
Et tandem hunc Bruxella tulit, quem protulit ante  
Antowerpa senem virtutibus atque diebus.  
Huic quisquis transis, saltem Requiesce precare,  
Pace fruēs sancta cū sanctis laude perēni.



## Chronographicon.

QVALLISBO MOTV nVnC, ego tVnC, at qVALLIS ego  
nVnC...

TALLIS tVnC, & st bene dVes eris.

## AD CARTHVSIANOS.

D. O. M.

Et sereniss. Principi ALBERTO Archi-  
duci Austriæ, Duci Brabantia, &c. Regis  
Catholici ministris ac militiæ Præfectis,  
gregariisque militibus Hispanis, ob in-  
signem ipsorum pietatem, oblatamque ex  
suis stipendiis ad instaurationem huius ec-  
clesiæ eleemosynam, atque cæteris bene-  
factoribus, sacer ordo noster Carthusien-  
sis gratitudinis ergo æternæque memoriæ  
cum anniuersario perpetuo de mandato  
Capituli generalis, die 11. mens. Maii, pro  
salute animarum suarum celebrando di-  
cavit & pos. Anno M. DCI.

INSCRIPTIO COLUMNÆ LAPIDÆ, IN  
memoriam coniurationis Nobilium contra Hisp.  
Regem, Brabantia Ducem, Flandria Comitem.

Regnate PHILIPPO II. Catholico Hisp.  
Rege, in his suis inferioris Germaniæ re-  
gionibus, gubernante verò eius nomine  
FERDINANDO ALVAREZ DE TOLEDO,  
Aluæ Duci &c. FLORENTII DE PALLANT,  
Comitis Culesburgii quondam domum  
solo æquari sancitum est, ob execrandam  
memoriam, repetitæ in ea coniurationis  
aduersus Religionem Ecclesiæ Catholice  
Romanæ,

Romana, Regiam Maiestatem, & ipsas regiones, anno sal. M. D. LXVIII. Quinto kal. Iunii.

Inscriptio latrina in ædibus N. N.

*Seu victor, seu victus eris, maculare necesse est,*

*Si sit cum vili stercore pugna tibi.*

IN ÆDIBVS SENATORIIS,

sub tabula rem gestam exprimente, I

ROGERIO VANDER WEYDEN

celeberrimo pictore olim depicta.

HERKINBALDVS vir magnificus, perpotens & illustris, in iudicio personas non acceptans, causam pauperis vt potentis, agnati tanquam ignoti semper æqua lance iudicauit. hic dum grauitèr infirmus lecto decumberet, in proxima camera tumultum rigidum, clamoresque femineos exaudivit. Cui quidnam esset sciscitanti, ab omnibus celata est veritas. Sed tandem quidam ex pueris vt veritatem panderet, sub oculorum euulsione commotus, paupens asseruit: Respondebo. Domine, filius sororis vestræ, quem omnes post vos primum timent, colunt, & venerantur, puellam oppressit, & hæc fuit causa clamoris. Quo audito, & re plane cognita, Senior suum nepotem carissimum suspendi mandauit. Quod Senescallus, cui id iussum fuerat, se facturum simulans, egressus, iuueni nuntiavit, admonens eum, vt ad tempus lateret. Post horas aliquot Senescallus ad infirmum rediens, se impleuisse

uisse quod iusserat, mentitus est. Quinto  
verò die iuuenis æstimans auunculum de  
culpa immemorem, aperto ostio cameræ  
introspectit. Quem ut infirmus vidit, blan-  
dis verbis aduocans, ad lectum reclinare  
permisit. HERKINBALDVS itaque arrepta  
capillorum cæsarie sui consanguinei, ca-  
put læuâ manu retorquens, & dextra cul-  
tellum gutturi eius valide infigans, Zelo  
iustitiæ occidit eundem. Sanè dum mor-  
bum HERKINBALDVS letiferum esse per-  
sensit, vocatur Episcopus, qui postquam  
cum Sacramentis aduenisset, infirmus  
cum lacrymis multis & magna cordis  
contritione, omnia peccata sua nudè con-  
fessus est, tacita dumtaxat morte, quam  
paucis antè diebus suo cognato intulerat.  
Super quo Episcopus eum redarguens, di-  
xit: Quare celas homicidium, quo nepo-  
tem manu tua peremptum vitâ carere fe-  
cisti? Ad quod infirmus respondens, ait:  
Neque ego hoc peccatum esse iudico, ne-  
que id mihi à Deo remitti deponco. Cui  
Episcopus: Confitere crimen, & Deus mi-  
sererebitur tui, alioquin ab edulio corporis  
Christi te conuenit abstinere. At illi vir  
nobilis dixit: Attestor, Deum, quod nepo-  
tem mihi carissimum, non lior, non  
odium, sed Iustitiæ zelus traxit ad mortem:  
etsi ob id viaticum mihi negaueris, spero  
saltem spiritu aliter communicare. Quo  
audito, & languente nō sacramentabiliter  
refecto,

refecto, Episcopus recedebat. Cui mox reuocato, dixit infirmus: si in capsella sit Sacramentum corporis CHRISTI, perquire. Et dum apertâ pixide non appareret, subiungit ægrotus: Ecce quem mihi abnuens tecum portasti, non se mihi denegauit. Et illico apertis dentibus, hostia in ore illius palam omnibus demonstratur. Quod ut vidit Episcop. magnificans Deum, tantum miraculum, quod diuina dispensatione ob meritum Iustitiæ factum non ambigitur, ad aures Christi fidelium peruigili cura deduxit.

In equili Archiducum ALBERTI

& ISABELLAE BelgI Principp.

Equus, cui nomen NOBILIS loquitur.

**S**iste gradum spectator, ego de nomine dicor  
NOBILIS, at præsto nobilitate rei.

Archiduci ALBERTO substravi tergora quondam,

Quando propè Ostendam martia Erynnis erat,  
Illumque eripui pugnantem hostilibus armis,

Cum vel ei, mihi vel mors subeunda fuit.

Me magis ardebat miles, quia virginis instar,

Cernebat niueâ crescere fronte iubam.

Hinc ut me raperet, crebrò sua spicula & enses

In caput ignoti strinxerat Archiducis.

Euasi, eduxique virum, meque ipse reduxit

Incolumem, nostra non erat hora necis.

Ast anno vertente, die quo euasimus ambo,

NOBILIS interij. Cernite qualis eram.

In Hortis Halderianis perillustri Viri

ALBERTI STRVZZI,

amœnitatis & amicitiz causa,  
 inscriptiunculam hanc P.

ERICIVS PVTEANVS,

*In ipso aditu, & limine aduersa.*

HONESTA

VOLVPTATI

SACRVM.

Quisquis es, & limen hoc subis,  
 Properantē paullisper suspende gressum,  
 Et fuscas animi frontisque nebulas pone,  
 Sumpturus si voles, & posuisse si graue.  
 Voluptatis iste locus sed Honestæ.

Rident omnia: tu profanus, nisi facis:

Auræ, Aquæ, Vmbræ;

Imò deliciæ, quas nec Hesperides habuere,  
 Nec Phæacum ipse Rex Alcinous.

Fruere, & Voluptate animum imple,  
 Sed honestâ.

Vias, pergulasq; habes, corneūque xystū,  
 Et quidquid amœnâ ambulationem faciat:

An & quidquid sermonem?

In ipsos iam Hortos immigrasse puras  
 Porticum,

Nō rugis, sed frōdibus insignē, ramisq;.

Quin & Dædali heic ambages habes,  
 Sine monstro, aut labore:

Ini, nusquam suavius erres.

Floræ deinde carpas munera, & Pomonæ,

Et quidquid felici cornu Copia fundit.

Imò Somni carpas munera,

velut in Parnassi iugo.

Hoc age, & experirere an tantis lassari  
 deli-

deliciis possis,

An tantas capere.

Etiam nectar suum, sed adultum,  
propinat Bromius.

Cantharis, non racemis.

Alibi natus, heic moritur:

Et nasci posset, nisi has areolas puluilloſq;

Venus, & inimica Baccho Nympha

occupassent,

Fonte heic tamen sitim pellere, nefas

Aqua virgo est, nec libatur;

Sacra est, nec violatur.

Videre licet, & salientem tangere,  
non bibere.

Vin' etiam quod Voluptatem istā vincat?

Herum respice, delictum merum.

Mores, annosque Aleinoi

cur non & scepera?

Verbodicam:

Solem in amœnitatis celo.

*In exitu, & limine auerso.*

SPECTASTI

ET PLENYS VOLVPTATE REDIS:

REDE GRATIAM,

BENE LOCO, LOCIQ. FREQUARE GENIO,

ETHAS DELICIAS PERENNES HEROVOVE,

VT IPSE HABEAS.

SIC ABI, ANIMI FRONTISQVE NERVLAS

SUME,

SI POSVISSE GRAVE.

Mense Veneri antiquitus sacro,

Prædic Florationum

314      I N S C R I P T I O N E S  
In ædibus paternis D. AVBERTI MIRÆI  
Canonici Antuerpiensis, ad effigiem  
D. GASPARIS SCVRERII.

D. O. M. S.

*Quis sim, si nescis, Lector, breuiter dicam.*

GASPAR SCVRERIUS est nomen mihi.

Patria sum Mechliniensis,

Professione Religiosus Grimbergensis,  
Nec mireris me, qui candido Præmon-  
stratensium ordini nomen dederim,  
nigro laicoque habitu palliatum:

Ea temporum calamitas ac necessitas fuit  
anno Christi CIO. IO. LXXXI.

Caluinianis res sacras & ciuiles in Belgio  
turbantibus:

Vt si saluus apud Catholicos vrbis huius  
Bruxellensis ciues esse vellem,  
hoc isto vulgari habitu,  
clero insidiantes fallerem.

Sed nec fructu suo piam hanc caruisse  
fallaciam,

Vel ipsa DEO Regique fida  
LE MIRÆORVM familia testis est,  
quam, annos ipsos amplius III.  
in ista nocte temporum,  
sacris mysteriis foui,  
& diuini verbi pabulo alui.

*Tu quisquis hæc legis, disces in tumultu Pánico,  
Vtilem atque inprimis necessariam esse Prudentiam.*

SCVRERIUS silens sapit.

IBIDEM.

*Compositum est numeris quidquid Natura creauit.*

Ter

*Ter tria sunt septem, septem sex, sex quoq, tres sunt,  
Et bene si numeres tantum sex millia quinque.*

*Ibidem.*

*Fleres si scires vnum tua tempora mensem,  
Rides, cum non sit forsit an vna dies.*

*In tabellâ qua RVDOLPHI I. Imp. Austriaci  
pietas in SS. EUCHARISTIAM  
exprimitur.*

**T***V quisquis hanc bellam tabellam conspicis,  
Historiam paucissimis cognoscito.*

*Comes fuit RVDOLPHVS olim Habsburgicus,*

*Cui rure iuxta riuulum, qui excreuerat,*

*Ferens ad agrum quempiam Eucharistiam*

*Parochus sit obuiam. Comes mox in pedes*

*Salit, suoque collocat Mystam loco.*

*Eunt simul, simul domos agri petunt.*

*Intrantque triste limen, & isthinc iter*

*Aliud legunt. sed hic equum vult reddere*

*Parochus; negat Comes, quin impium scelus*

*Nefasque ducit, ipse scilicet premat*

*Ephippion, quo vectus est cali DEVS,*

*Ait, pedesque conficit ceptam viam.*

*Fides inaudita: en Sibyllina fata*

*Destirpe vates. Comit i inclyto canit*

*Aeternum honorem. Hoc pramium pietas habet.*

*In ædibus cuiusdam I. C.*

*Considicis, Erebo, fisco fas viuere raptu est.*

*Militibus, medicis, tortori occidere ludus.*

*Mentiri astrologis, pietoribus atque Poëtis.*

*Ibidem.*

*Si curiam curas, pariet tibi curia curas.*

**SAXO**



SAXO FUNDAMENTIS MONASTERIO

Teresanarum substrato, hic titulus inscriptus.

ALBERTVS ET ELISABETHA

CLARA EUGENIA HISP. INFANS,

DVCEBVRGUNDIAE, LOTHARINGIAE,

BRABANTIAE, LIMBURGI, LUXEMBUR-

GI ET GELDRIÆ,

COMITES HABSBURGI, FLANDRIÆ,

ARTESIAE, BVRGUNDIAE, TIRO-

LIS, PALATINI,

HANNONIAE, HOLLANDIAE, ZELANDIAE,

NAMVRCI ET ZVTPHANIAE,

MARCHIONES SACRI IMPERII ROMANI,

DOMINI FRISIAE, SALINARVM, TRAN-

SISVLANIAE, OPIDORVM ET TER-

RITORII MACHLINIAE, TRA-

IECTI ET GRONINGAE

DEDICARVNT ANNO M. D. CVII.

DEO OPT. MAX.

ET B. MARIAE VIRGINI,

DIVÆ ANNÆ

ATQVE

DIVO IOSEPHO.

Anno 1558. exeunte Decembri, in exequiarum CAROLI V. Imp. inuictiss. pompa funebri, natis supra L. pedes longa PHILIPPVM HISP. regem, admirabili arte & opere præcessit, & quotannis dominicâ ante Pentecosten in encensis adhuc obambulat, cuius sinistra parti sequentia inscripta leguntur:

Non

Non auri suis aut fama ambitiosa cupido,  
 Non scapti persuasit amor, tot adire labores:  
 Humani sed te generis pia cura coëgit  
 Navibus ignotas inuestigare per aras,  
 Quæ sacra inferres, populos Christoque diceres,  
 Membra salutifera lustrans aspergine lymphæ.

Fide Indis inuecta.

Tuneto capto & restituto, captiuis-  
 que reductis.

Metone Coroneque vi captis.

Germania Bohemiaque sedatis.

Geldria recepta.

Aphrodisio deleta.

Ad latus dextrum.

Successus neque te, Caesar, spes certa petiti  
 Desinit: donec te littore soluit Ibero,  
 Neptunæ stornente viam, & Tritonibus vdis,  
 Auspicijs veneranda tuis, transque aquora vecta  
 Religio, tandem auriferis allabatur Indis,  
 Luce nova irradians, mersas caligine mentes.

Mari pacato.

Tremiseno restituto.

Solymanno profligato.

Orbe nouo inuento.

DE PVVPI Vexillum magnum dependet, cum  
 hac inscriptione:

Imp. Cæs. CAROLO Max. P. F. Augusto,  
 Gal. Indico, Turc. Africo, Sax. victori tri-  
 umphatori que multarum gentium. Tam-  
 etsi res ab eo terra marique gestæ, singu-  
 laris humanitas, incomparabilis pruden-  
 tia, ardentiss. religio satis terrarum orbi  
 conspicuæ

conspiciunt sunt: Respub. tamen Christiana ob memoriam iustitiæ, pietatis, virtutisque eius, VICTORIAM nauem, quæ mundum circuiuit, quem suis ipse victoriis illustrauit, P. D. S. B. M. P.

Præterea quod nouum orbem orbi nostro patefecerit, exteris gentibus Christiano nomini additis, multisque regnis prouinciisque Hispaniarum aucto imperio.

Quod Solimannum Turcarum Imp. cum ccc. peditum M. & c. m. equitum Germaniæ impendentem, ruptis in fuga pontibus, amissisque xv. millibus equitum, in suos fines compulerit, Germaniâ seruata.

Quod classe Peloponnesum inuadens, ciuitates Turcarum Methonem & Coronem vi ceperit.

Quod Barbarossam tyrannum, cum cc. m. peditum, xv. equitum M. prælio ad Carthaginem superatum; arce Goletana, lx. triremibus, multis piraticis nauibus, cum nautico bellicoque apparatu, ipsa Tuneto, Hippone nouo, Hippone Regio ciuitatibus captis, regno Tunetano, imperioque Libyæ spoliauerit, restituto vestigalique facto veteri legitimoque rege.

Quod vnde viginti Christianorum captiuorum millia eo bello liberata, in patriam reduxerit.

Quod regnum Tremissen. deuicta prælio Mauritania Regi restituerit.

Quod

Quodd Aphrodisium Libya nobilissimum emporium, Sussam, Monasterium & Clupeam classe ceperit, maritimasque Libya ciuitates Principesque vectigales fecerit.

Quodd duas Turcarum classes, nostrum mare infestantes, duobus praeliis, altero ad littus Mauritaniae, ad Siculum altero, deleuerit.

Quodd pristinam reipub. Ianuensium libertatem restituerit.

Quodd ducatum Mediolanensem, vi. exercitibus hostium repulsis, tribusque magnis praeliis deuictis, Imperio Romano bis, Duci semel restituerit.

Quodd praclaro rei militaris peritiae exemplo primum cunctando, mox longis difficilibusque itineribus celeriter confectis, Albique transmissis, tumultuantis Germaniae motus, pacatam insuper Bohemiâ, victor sedauerit.

Quodd contra Christiani nominis hostes sponte, contra Christianos non nisi laceffitus, & iniuriam propulsans, arma sumpserit. Fortiss. Catholico, optimoque Principi, titulos, trophaeaeque additis tumulo regnor. signis, deuictarumque gentium imaginibus, eadem Christiana reipub. maiestati eius deuotiss. D. D.

Ad columnas Herculis nauim sequentes.

*Iure tibi Herculeas sumpisti signa columnas,*

*Monstrorum demitor temporis ipse tui.*

Extra

## Extra urbem in Sacello

D. IUDOGO SACR.

Epitaphium Nob. viri D. IOANNIS BAPT.  
HOVWART, Poëta celeberrimi. Natus  
Bruxellæ Anno M. D. XXXI. X. Nouemb.  
Obiit anno M. D. XCIX. XI. Mens. Martii.

**F**lore iuuentutis quodâ qui floruit HOVWART  
Marcidus hic retubas, cen sus facistis aratro.

Hic lati nemoris quondam possessor amœnus,  
Pitâ nunc exal tenebrosâ clauditur antro.

Musa certatim quondam sua ferra ferebat,  
Tetra tam Parca secuerunt stantia vota.

Inter doctiloquos vates hic cœmina læsit,

Inter calicolas nunc dulcia canticâ cantat.

Friuola deseruit, nec non ore pandia rerum,

Posides (virespes est) nunc calicâ regna beatas.

Mœstus hæc Pos. D. IOAN. BRAVWERFVS

Presb. Canonicus D. Gudulæ.

ALIUD per D. E. M.

**H**æc docti cernens, Lector, monumenta Victor,  
Siste gradum celerem, pausa legenda dabo.

Hæc situs est vrnâ Phœbeo lumine vates

HOVWARDVS, patria gloria magna sua.

Non minus illius fato est confusus Apollo,

Quam fuit infelix morte tua Phœton.

Diuitiæ etenim primus spoliare Latinas

Et Græciæ ausus Belgicâ terra tibi est.

Spargit obitum folijs ergo gratissima Lauri,

Et dicat, Vatis spiritus astra petat.

Aliud per IOAN. BOCH. S. P. Q. A. a secret.

**N**on ita pacificæ exussit Martius arces

Horror, ad extremam funera usque dâct.

Vidimus

*Vidimus ad geminas animum te vertere Lauros,  
 Vna decus patria qua foret, vna tuum,  
 Serta sad infelix necdum Peneia sumpsit  
 Belgica, digna tuâ premia fronte virent:  
 Hanc tibi Belgiades musæ, BAPTISTA, corollam  
 Munera post cineres haut peritura ferunt.  
 Donec & Ausonijs Arioste legêtu in oris,  
 Denoc & in Lauram scripta, Petrarcha, tuam:  
 Iactabit Bruxella suum cultissima vatem,  
 Et petet hinc numeros, Belgica musa, suos.*

Symbolum Hauwardi.

INTER VTRVNQVE TENET.

MARTIVS en Clark Cernit pla sVnera Vatis,  
 QVI toties VoLVIt patria SVCCVrrere Lapsa.  
 Extra urbem in monasterio Ord.S.Franc.

Vulgò BOOTENDAEL.

Inscriptio Solarij.

Reuerendiss.P.ANDREÆ A SOTO, Sereniss.

ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ

HISPANARVM INFANTÆ

à confessionibus,

RR. Q. PP. S. FRANCISCI in Bootendael,  
 hoc sui ingenij artisq; Dedalæ monumētū

D. IACOBVS DE SVCCA,

Sereniss.Principum ALBERTI ac dictæ

ISABELLÆ Archiducum Austriæ  
 ac Belgij, Principum stabuli Questor,

pro perpetua in precibus memoria

L. M. consecrauit, A. M. DCV II.

Iusti fulgebunt sicut Sol in régno patris mei.

MATTH. III. E. H. H.

X

In

In pago vulgò Merchtem.

*Maiorum memoria, Nepotumque imitationi.*

Nobili, strenuo ac spectabili viro D.  
WILHELMO DE MAERSSSLAER Ægidij  
F. Dom. de Opdorpe, arcis ciuitatis O-  
stienfis, tempore Hadriani vi. Pont. Max.  
Castellano, ob solertiam, fidem, rerum-  
que agendarum experientiam publicè  
priuatimq; laudatiss. Hadrianus de Marf-  
selaer eîdem Principi, quoad vixit à cubi-  
culi secretis, fratri suo desiderio & lacry-  
mis funerato P. C. Decessit ab hac vita, an-  
no Christianor. CIO. IO. XLIII. dum vixis-  
set annos prope LIV. humanarum misc-  
riarum memor.

IN ABBATIA vulgò CAMEREN.

D. O. M.

R. & nob. Domina BARBARA TASSE

ANNO. H. S. E.

Quæ huic monasterio sextum reformato  
cum summa laude Abbatissa xxxii.  
præfuit annos xxxi.

Piè tranquilleque obiit prid. Id. Aug.

CIO. IO. XCIIX.

Cum vixisset LXIX. ann.

OPT. MAX. DEVS MISERERE.

In B. MARIE DE FORESTO,

Ord. S. Benedicti.

ÆTERNITATIS ACR.

Virginibus

DIANAE ET FLORENTIAE DE SUCCA,

D. Iacobi de Succa,

AL

ALBERTI ET ISABELLAR

Belgi Principp.

stabuli Quæstoris

F F.

ab ineunte ætate moribus,

pietate paribus,

vnaque hic simul professis,

parens contra votum

Pos.

Hæc viuere desiit xii. Septemb.

Anno c. d. d. c. vi. Ætatis lxx.

Professionis secundo.

Illa verò secuta.

IN RVBRA VALLE, *Canonicor. Regul.**monasterio*, ord. D. AVGVSTINI.*Pictor* HUGO VANDER GOES *humatus hic*  
*quiescit,**Dolet ars, cum similem sibi modò nescit.*

Vixit tempore CAROLI AVDACIS,

ibidem factus monachus, ad maio-

rem DEi gloriam.

IN VIRIDI VALLE.

*Ante summum Altare.*

Hic iacet translatus deuotus Pater D.

IOANNES DE RVYS BROECK, primus Prior

huius monasterij, qui obiit anno Domini

M. CCC. LXXI. II. die Decembr.

IN ABBATIA VILLARIENSI.

HENRICI II. Ducis Lotharingæ &amp; Brab.

mortui Louani, hicque sepulti Epitaph.

**M** Vnde terrorem marmor tegit hoc & honorem,  
Qui Brabentinus Dux fuit & Dominus.



Hunc Quem Deum huc misit, sub quo Brabantia risit,  
 Quo vixit tata sua gens, plebs altera muta.  
 Submisit magnum quemcunque velut lupus agnum:  
 Hoc probat Angensis, Dalensis, Ialiacensis.  
 Corde DEVM rogitemus eum citò glorificari,  
 Ut per eum athereo capiti valeat sociari.  
 Summa potentia gaudia calica donat eidem,  
 Cui Brabantia tota est patria subdita pridem.  
 Obijt an. gubernationis Brabātiae **xxii.**  
**B. ARNVLPHI CORNIBOVTII** Bruxellēsis,  
 monachi Villariensis, qui obiit anno **M.**  
**ccxxviii.** prid. kal. Iulii Epitaph.

**P**ausat in hac tumba vir simplicitate columba,  
 Qui leo virtute, iubilis simulatur alaude:  
 Qui turtur gemitu, visu simul atque volatu  
 Par aquila, Salamandra nouo qui vixit in igne.  
 Vis breuium iustis laudes in fine probare?  
 Nunc canit in de la sol, qui quondam fleuit in Alle.

Ibidem.

Hic iacet anno Domini **mcclxx.** mens.  
 Iul. **BERNARDVS** Abbas de grandi prato,  
 quondam **xvii.** de Villari. (matum,

**F**le magnū Pratum **BERNARDVM** cernis hu-  
 Qui tibi Pastor erat, hic quoque praesuerat,  
 Iustus, amandus erat, vir mitis, non vitiosus,  
 Supplico Christe tibi, tu miserere sibi.

Ibidem.

**M**Armoro sub mausoleo **PETRVS** iacet isto,  
 Corde leo, quē dāte **DEO** cōiuere **CHRISTO**  
 Deprecor in calis. quā vir fuit iste fidelis!  
 Dapsilis haud maestus, prudens, gestuque modestus.

De

De MARBVIS natu ducens genus atque relatu.

Digna satis probitas laudes exornat auitas.

Ibidem.

**H**ic Io. diuinus Doctor fuit altus & intus,  
Libros, grana, nemus nobis diuifit amœnus.

Bruxella natus fuit, intus & ipse renatus  
Abbas & frater, iacet hic iuxta sua mater.

Hi vinum plenè ferijs sextis tribuère,

Pacto poſt ſtantes Miſſum fratrum celebrantes

Hi ſic adueniant, De profundis citò dicant.

Anno milleno C ter & ſex quadrageno,

Iunenſi menſe mortis tunc carpitur enſe.

Fac bene, quod ſupereſt, erimus quãdoq, quod hic eſt.

Ibidem.

**H**ic ſumus, an grati? ſimul olim Canonicati,  
Qui legi abſque mora, pro nobis quaſumus gra.

De Slaua gente nos tranſtulit ex oriente

Hic ſacer iſte chorm, varia probitate ſonorum,

Paſſibus vitutis graderemur aſſeſſe ſalutis.

Ibidem.

**H**oc ſub ſarcophago iacet Abbas Calabre Frãco,

Quem bacca dignum praelara Lutetia donat,

Magnum, ſubtilem, nitidum, doctumque ſacundum,

Moribus, ingenio, vitã, quoque dogmate, verbo.

Hic ſeptem viginti ſimul ſerè præſuit annis,

Mille quadringentis cumque octuaginta da. quinque

Secula dum liquit, Decembris ſexta kalendas.

Ibidem poſt altare ſunimum.

**E**cce latent fratris Arnulphi Cornibout oſſa.

Hic iacet Abundus Hoyenſis crimine mundum.

Clauderis hac ciſta Godefride beate ſacriſta.

Qui vitium neſcit Bonifacius hic requieſcit.

anno

1228.

1220.

1170.

1170.

An. *Hic de Niuella Marquinna iacet domicella,*  
1257. *Calcans mundana de Cornelion Iuliana.*

*Sus sancti Syri memor Helwighen sepeliri.*

*De Grauiō iacet hic dulcis & honesta Maria;*

*Rachel non Lia propriè fuit ista Maria.*

*Hic iacet Héricus monachus de Gheest, inimicus*  
*Mundi, cui clerus quondam fuerat sed amicus.*

*De Dongelberto iacet isthic nomine certo*

*Wilhelmus dictus monachus vita benedictus.*

*Hi mundo corde vixerunt & sine sorde,*

*Vita forma dati nobis, sunt hic tumulati.*

Fun-  
datū  
anno  
1202.

IN MONASTERIO AQVIRIENSI  
Ordinis Cisterciensis.

ABBATISSÆ HALIVDIS, sub qua  
obiit B. Lutgardis.

**P** Langat Aquiria, mater enim prouida, tuta,  
*Hic iacet obruta, vermibus auxiliando tributa.*  
*Christe patrocinijs hanc tibi iunge p̄ys.*

*Viuerē desijt a. M. CC. XLVIII. I. kal. Iunij.*

ABBATISSÆ Mariæ SIMONSIS.

**M** Ater nostra pia venerabilis atque benigna  
*Hic iacet, aeterna luce fruatur ea.*

*Corpore dum vixit hac multum attrita refulsit:*

*Letis lata fuit, condoluit miseris.*

*A Christo Domino detur sibi gloria roga.*

*Obijt anno Christi M. CCCXLI. II. Martij.*

ABBATISSÆ EXTRANEÆ.

**I** Vsticia callus iacet hic Aquiria rectorix.

*Temet non fallis, sua cum praconia psallis.*

*Dulcis & emerita fuit omni tempore vita.*

*Cor gerens mite, dona pie Christe sibi te.*

*Moritur a. M. CCCLXIII. XVIII. Kal. April.*

IN

*Roboris immensi vir conditur hic tumulatus,*

*De WESEMAESENSI Praefule franco fatum.*

*Aptus eras armis, probus, ut Mars inclyte miles*

*Hastis & parvis actus operatus heriles.*

*Gloria militia, ut facie simulatus Achilli.*

*Vndique nam specie laudis par dixeris illi.*

*Ierusalem celebrat clarisque sub orbe triumphis,*

*Nunc precor extincti, cali . . . chareis.*

# THENENSIA.

## THENIS.

IN TEMPLO S. GERMANI.

Honestiss. matronæ Dominae MARIAE

VANDER STREPEN viduæ D. GEORGI

VAN HONSBERGHE, quondam à cubi-

culis sereniss. Reginae D. MARIAE, Hun-

gariæ, Bohemiæ, &c. quæ Thenis vitam

finiit extrema die horaque anni

CID. ID. CIV.

**D**um prisca totum canities caput

Colore tristi pinxerat, & cutem

Siccam, senilis ruga frontis

Ac faciem vidua replebat:

Ex bile nigra, non medicabile

Cancer finistrum depopularier

Incepit vber, procreando

Ulcerebus saniam cruentam.

Erosit amplè circuitus locum

Mammæ profundam funditus exedens

X4

Carnem

*Carnem sub axilla, cloacis  
Consimilem referens odorem.*

*Ani lopectus magno animo tulit  
Morbi dolores vix tolerabiles;  
Post multa passa, morte tandem  
Exanimata tui uci recessit.*

*O triste fatum! dic age funeris  
Luctum Camena nenia lugubri,  
MARIA postremo Decembri,  
Numinis imperio perempta est.*

*Fuit paternâ nobilis indole  
In veritatis non dubie statu  
Nutrita, desertans sub armis  
Et galea fidei sacrata.*

*Fuit, sed eheu! tempore florida  
Sua iuuenta, quam sibi gloriam  
Parauit? ecquos concinebat  
Regia nobilitas honores?*

*Francos, Iberos & vaga climata,  
Terrasque longas per rapidi maris  
Fractus adiuit, & procellas  
Pertulit horribiles aquarum,*

*Fuit, sed olim: proh dolor! abstulit  
Acui decorem, nil miserans Dea.*

*Polos petiuit, nomen autem  
Post cineres remanet superstes.*

*Tu portionem da super aethera,  
Certa quietis monstra habitaculum,  
Remitte noxam, tolle poenas,  
Et miserere DEVS sepulsa.*

CHRO-

*Vt rVtILV's phæbV's tropICI per CornVa CanCrI  
 FVlget, Verfstrepen Mors trVCVLenta Vorat.  
 Mœstus canebat H. A. R.  
 defunctæ nep.*

IBIDEM.

*Vita quid est hominib? labor & dolor, ergo vicissim  
 Mors homini requies atque medela pio.  
 In Christo quisquis morientia lumina claudis,  
 Te cubitum noris ire, nec occubitum.*

Ibidem.

*Quid sit homo, rogitas? animal miserabile, nasci  
 Quod videt vna dies, vna eademque mori.*

Ibidem.

*Pulvis & vmbra sumus, pulvis nihil est nisi fumus.  
 At nihil est fumus, nos nihil ergo simus.*

IM TEMPLO ASPRI-COLLIS, siue  
 MONTIS ACVTI, prope SICHEMIUM.

DEO OPT. MAX.

DEIPARÆQVE VIRGINI  
 MARIÆ,

*Magnæ in rebus afflictis auxiliatrici,  
 qua mater Christi est, potenti,  
 qua mater nostra est, volenti:  
 quæ COLLEM saltibus ASPERVM elegit,  
 vt miraculorum fama inclytum  
 super altiss. montium culmina exaltaret,  
 vnde nominis sui gloriam cultumque  
 per innumerabilia beneficiorum missilia  
 frendente nequidquam hæresi  
 toto terrarum orbe diffunderet.*

X 5

ALBER.

ALBERTVS &amp; ISABELLA

Archiduces Austriæ Belgicæq; Principes  
 tutelari suæ ac suorum Diuæ  
 post ciuilia xl. amplius annorum bella,  
 pacatis Belgicæ prouinciis,  
 publicæ gratitudinis ergo,  
 Hanc Basilicâ à fundamentis excitarunt  
 Anno partæ salutis cld. id. cix.

Inscriptio ix. Candelabrorum ex  
 argento.

*Suscipe sancta parens ex voto Antuerpia munus  
 Quod dat, ne pestis crescat, acerbæ lues.*

Coronæ argenteæ & deauratæ  
 inscriptio.

REGINÆ COELORVM, SS. DEL MATRI,  
 B. VIRGINI Mariæ,  
 BRUXELLA MORBO AFFLICTA SVPPLEX  
 OBTVLIT. A. cld. idciii.

# SYLVÆDVCENSIA.

IN SYLVAM-DUCEM.

Maxæ mylianus Vrientius S. P. Q. G.  
 à secretis.

**D** Elitium Triuia, Belgî Dodona, Batavum  
 . Terror, & hostilu causa iterata fuga.  
 Arx Fidei, cor virtutis, Constantiæ Asylum,  
 Regnum Aquila, Harpyi inuia tota domus.  
 Laurorum nemus & palmarum illustre viretam,  
 Sylva longi fuerit, sit nisi Sylva Ducis

In

In eandem PETRVS NANNIVS.

**C** Vr extra syluam sita sit Duce sylua dicta  
 Quaritis, in promptu tertia caussa mihi est.  
 Et quia Musarum nutrix, Superum quia cultrix,  
 Et quia sylua fuit, & quia grata Duci.

In D. IOANNIS Euangelistæ,  
 templo primario, anno M. DLIX.  
 in Cathedralem sublimato, IV. Id. Maij.

## MEMORIÆ SACR.

Diuo PHILIPPO II. Inuictiss. Hispp Re-  
 gi Catholico, D. CAROLI V. Imp. semper  
 Aug filio vnico, Brabantia Ducis inclyto,  
 patriæ huius protectori clementiss.

S. P. Q. Syl.

Mœrore perfusi, pietatis & obseruantia  
 gratiâ VIII. Nouemb. An. MD. LXXXVIII.  
 poni curarunt.

*Qua micat Eous, regia fama volat.*

D. O. M.

## DEXTRE ET GNAVITER.

Sibi suoque D. SIMONI VEREPÆ O  
 Dommelano, huius Ecclesiæ Syluæducen-  
 sis Canonico, D. FRANCISCVS HARÆVS  
 Ultraiectinus, S. Theol. Licent. viuens  
 posuit memor lethi.

**I** Talicos, Suecos, Gallos lustrando quid egi?

Christe, tua est virtus hinc meliora sequi.

Lector eram, breuibz descripsi gesta piorum:

Pastorem inde gregu lustra habuere duo.

Post VEREPÆ fuit, tuus vt collega vocarer.

O vtinam dignus nominis & meriti.

Te



*Te schola docta colit, colit & pia turba precantum,*

*Tu mihi & aterna duxque comesque via.*

Obiit Venerabil. D. SIMON VEREPÆVS,  
anno salutis M. D. XCVIII. Æt. LXXVI. die  
x. Nouemb.

D. FRANCISCVS HARÆVS verò an. sal.  
..... ætat. ....

Pie IESV da eis gaudia sempiterna.

VEREPÆVS ad Lectorem.

*Te rogo quisquis ades, mihi sapè precare salutem,*

*Et dic mente pia qua tria verba leges:*

REQUIESCAT IN PACE.

*In sarcophago.*

Sepulcrum venerab. Presb. M. SIMONIS VEREPÆI, huius dum viueret Ecclesiæ Canonici digniss. & multorum insignium, omniq̃ue hominum ætati valde conducibilium librorum elucubratione, clari: qui non solum rara formationis dexteritate, verum etiam annuis eleemosynis (quas Bursas vocant) de rudiori iuuentute quam optimè meritus. Obiit an. Do. M. D. XCVIII. x. Nouemb. Ætat. LXXVI.

IBIDEM.

Monumentum ornatiss. viri ac M. ADRIANI MERSCHERT Rotternac. quondam Cappellani D. CAROLI V. Imp. à quo post expeditionem Tunetanam dimissus, huius Ecclesiæ Canonicatu ab opt. Principe honoratus, ad ann. xxxv. hic vitam egit sacerdotio dignam, tandem in senectute bona & plenus dierum, diem clausit extremum

**H**aec quicunque mei spectas monumēta sepulcrī,  
Quid cunctare pī munus obire viri?

Quae vitæ pendam tormenta licentium acta,

Ne lenire precis, quæso graueris ope.

Officium reddam, nemo quum parum ab omni

Cælestis regni lucida templa petam.

Si fortasse rogas, quæ patria, quod mihi nomen

Ignotique minus, busta colenda putes:

Sylvæ-ducis primam mihi præstitit inclyta lucem,

Et natale dedit sorte fauente solum.

Fonte renascentem THEODORVM curio dixit,

Martyris eximij nomen habere iubens.

Ex patre GVALTERVS patria cognominor ore,

Cui mos est tali stemma referre modo.

Louanium ex patria tribuit cognomen alumno,

Vt solet hospitibus gens aliena suis:

Nam mihi cognomen propriū VELDINGIJS esset,

Ni præceps vulgi lingua recepta foret.

Dilicola iuuenem delectauēre Camæna,

Nec fuit in toto gratior orbe sinu.

Sapius inuasit rabidos mea musa Batauos,

Sed frustra duras nisa mouere scoplos.

Delitui Legia decimum peregrinum in annum,

Auriaca fugiens arma nefanda luis.

Quin & Castoti residens in monte supremo,

Præbendæ colui iuraque sacra chori.

Sed quod sublimi sua sint incommoda rupi,

Nec patulum murus seruet ab hoste locum,

Natiuos cano repetiui crine Penates,

Hac præbendatu functum in ade sacra.

*Diuitijs*

*Distitit & honore foris mediocribus vsus:*

*Vilior in patria sum mihi visus humo.*

*Nec raro doluit Casleti pascua celsi*

*Aduaticis pressu postposuisse locis.*

*Durior interea nunquam me strinxit egestas,*

*Mancipium Domino commiserante suum.*

*Dum cado, dum surgo, dum lata crepuscula spero,*

*Mortuus ad summi Iudicis ora vocor;*

*Qui nisi viuenti maculam detraxerit omnem,*

*Defuncto fuerit poena luenda grauis.*

*Lustra quot attigerim, de corpore quando migrarim,*

*Heredis curet subiicienda manus.*

*Nam momenta sui quis funeris ipse notarit,*

*Ni manifestet ei cœlitus illa Deus.*

Varia eruditionis & eximie probitatis viro Domino ac M. THEODORO GVALTERO A VELDINGEN Auunculo opt. qui annum ætatis agens LXXIII, obiit 2. Septembris, anno 1660.

*Iacobus Haygens ciuis Louaniensis  
maestus pos.*

**Ibidem.**

Pientiff. Viro Domino PAVLO BONTIO, ædis huius Sacerdoti, æta. suæ XXXVI. æui xcv. pridie S. Pauli conuersi, ad patroni sui contubernium translato, BALTHASAR BONTIUS P. C. post seculum à redemptione xvi

*Mortuo bene precare,*

*Vt alij quandoque tibi.*

**Ibidem.**

## Ibidem.

D. O. M.

&amp;

D. CÆCILIAE Balthasar Bontius huius  
Ecclesiæ Canonicus Graduat, & quon-  
dam Cæsaris CAROLI V. Musicus, hanc  
tabulam Zelo pietatis pos. Anno à natiui-  
tate IESV CHRISTI M. D. C.

**C**um varijs modulis resonarent organa, soli  
CÆCILIAM legimus succinuisse Deo.

Musicus hinc illam sibi vendicat ordo Patronam,

Concentu recolens annua festa pio,

Hac bene depicta cum sacrificatur in ara

Aethereo Christus victima grata patri.

Nec vanis tua sic cumulant altaria donis,

Qui tutelarem te sibi, Diua, petunt:

Quæ varios animo constanti passa dolores,

Cum sponso, Christi sponsa pudica manes

Virginea clares qua martyrijque corona,

Nos patrocinio, Diua, tuere tuo.

## Ibidem.

Monumentum Reuer. & nobilis viri  
D. & Mag. MICHAELIS HALLERI ab  
Hallersteyn, I. V. Doctoris clarissimi, &  
per annos xxxi. huius Ecclesiæ Canoni-  
ci graduati, qui agens annum ætatis LXXI,  
annuo pro studiosis & Virginibus relicto  
subsidio, 11. Septembr. Anno M. DCII.  
obdormiuit in Domino. Hunc precibus  
Deo commendate.

Sequen-

Sequentia viuis monumento adscribi  
voluit.

**S**VM tuus in vita, tua sunt mea funera *Christe,*  
Da precor imperii scepra videre tui.  
Cur etenim moriens tot vulnera saua tulisti,  
Si non sum regni portio parua tui?  
Cur rigido latuit tua vita inclusa sepulcro,  
Si non est mea mors morte fugata tua?  
Ergo mihi certam praestes, *ô Christe,* salutem;  
Ergo tuo lotum sanguine, *Christe,* iuues.  
Sanguinis vna tibi poterit nos gutta beare,  
Deprecor hoc supplex, ne mihi *Christe* neget.

CHRISTO RESURGENTI SACR.

CONRADVM & IOANNEM OTTONIS AB  
ASPEREN, naturâ fratres: Sacerdotio, Ca-  
nonicatu, ac Artium magisterio insignes,  
Moribus, Doctrinâ, ac in Deum religione  
illustres,

vnum hoc monumentum tegit.

Non satis ad laudem hæc.

Virtus posthuma ac tumulo claudi nescia,  
hæc insuper adscribi mandat.

CONRADVS S. Theol. laurea clarus, ad  
S. Petrum VI. omnino annis, vno tantum  
ad D. Catharinam Pastoris munere egre-  
gie perfunctus est. Anno M. DLXXI. Cano-  
nicus, mox etiam M. D. XEIII. Archipre-  
byter in hæc cathedrali ecclesia ex æquo  
& bono renuntiatur. Sed nihil in huma-  
nis firmum aut stabile. Annos natus IX.  
supra LX. pio condito testamento, perpe-  
tuo quoque censu in vsus duorum Louani  
Theolo-

Theologorum confignato, magno sui apud probos omnes relicto desiderio, xv. Feb. anno M. DC. IX. Mundo denascitur, ac cœlo adscribitur.

IOANNES S. Theol. Baccalaureus, anno M. D. XCII. Canonicatum huius urbis indeptus, profuso in animarum salutem Zelo, Pastorum quoque S. Petri complexus est. Sed, heu! anno sui laboris primo, fatali correptus lue, vernante ætate, annorum XXIX. cœlestibus (vti speramus) adnumerari cæptus est.

IBIDEM.

Monumentum pietate & eruditione conspicui Domini & M. IOANNIS HELSII, S. Theolog. Licentiat, & fideli Catholice propugnatoris acerrimi, nec non huius Ecclesie Cathedralis & Parochialis D. Ioannis Evangeliste Buscod. Canonici ad annos XLIII. & XXXIX. Cantoris, ac multis annis Plebani vigilantissimi, qui ætatis suæ anno LXXIX, & salutis nostræ M. DC. decimatertia die Martii, pio condito testamento, obdormiuit in Domino.

HUNC PRECIBUS IVVATE.

Ibidem.

**Q**UI IACOBI THOMÆ cineres hic fortè requiris,  
Et capis exura solvere iusta anima,  
Hoc sub sarcophago iam nudum clauditur artu  
Sollers Canonicus, doctus, in orbe valens.  
Ne cures igitur pedibus calcare sepulcrum,  
Poplite sed flexo debita sacra face.

Y

Obiit

Obiit anno M. CCCXCXVII. VIII. Iulij.

IBIDEM.

Sub hoc sarcophago conduntur ossa  
nobilis & strenui viri D. IOANNIS A LEM-  
BACH, in Durrenkrut, Austriaci, illustriss.  
D. D. Ottonis Comitiss ab *Euerstain*, Sere-  
niss. Regis Hispaniarum militum Germa-  
norum supremi Capitanei locum tenen-  
tis: qui suo Regi tali fide ac dexteritate in-  
seruiuit, suam militiam tali fortitudine &  
animi constantiâ rexit, tandemque huic  
inclytæ ciuitatî tali candore & vigilantîâ,  
(etiam non sine summo vitæ discrimine)  
præfuit, vt loco patris ipsum ciues habue-  
rint, qui diem suum clausit extremum,  
dum ageret annum LXX. Anno salutis hu-  
manæ M. D. LXXVII. Die XXVIII. Octob.

*Miser ego vbi fugiam? qui præ multitudine  
iniquitatis meæ, oculos meos ad talum leuare  
non audeo. Aut quò me vertam, vt ex corpore  
hoc, mortis obnoxio, eripiar?*

POST SVGGESTVM.

**O** Ra vides mysta viuo depicta colore,  
Ossa sed hoc non sunt condita sarcophago:  
Nam Solomis rediens Cyprius delatus in yndas,  
Mortuum est salis atque sepultus aquis:  
Dictus IOANNES patrio cognomine BALEN,  
Presbyter hoc templo Canonicusque fuit.  
Mille supra nec non quingentos scriba notabat  
Annos à Christo quinque quaterque decem,  
Octobriusque dies (si quid plus fortè requiris)  
Tertium, huic vita munera surripuit.

IN

## IN SACELLO SERVATORIS.

*VI de Lubra de VM, VI, VI Vastant Vr & ara,  
EXpVLit bel! CVLl'vs beLglGa nostra saCros.  
Inscriptio II. Campanarum, prioris ad  
11000. librarum accedentis hæc erat:*

**M**. C. quater sexto decies annoque secundo,  
Ciuis Agrippinus me fudit Morgobelinus.

*Nuncupor, vt fert res, Euangelista Ioannes.*

*Ex miris rebus pulsor, festisque diebus,*

*Fulgura ne populis noceant aut adibus altis,*

*Arceo, demonibus obuia saepe sono.*

*Nuncio plectendos prauos, ignesque tuendos,*

*Gentem turbari, vel in hostes arma parari,*

*Brabantumque Ducem sustinuisse necem.*

*Istius Ecclesia præcello tympana quaque,*

*Quin maior ac vrbis defensor Buscoducensis,*

*Christi virtute, qua protegor atq; Maria.*

*Alterius ponderis 7000. epigraphe talis:*

**A** Nno milleno C quater, bis quoque quarto,

*Busco sum nata, cui seruió Grímma vocata,*

*Nomine sum Grímma, seu Margareta vocata,*

*Terreolatrões, prænuntio seditiones.*

*Bellis armari iubeo flammæque fugari.*

*Qui me fundebat V Vilhelmus nomen habebat,*

*De Vechel natus, hac qui fuit arte probatus.*

AD S. IACOBVM.

Monumentum venerab. Domini D. ac  
M. IOANNIS COLEN à Suemeré, S. Theol.  
Baccalaurei, Ecclesiæ Castrensis apud An-  
tuerpienses pastoris vigilantissimi, qui  
dum strenuum Catholicæ fidei athletam  
agit, & hereticorum velut malleus extitit,



ab eisdem ipso Ascensionis Domini, anno CIO. IO. LXXIX. reliquo clero è ciuitate eiecto) carceribus, religionis ergo mācipatur. At paulò post inde proscriptus, hīc admirabili Catholicorum plausu suscipitur, & huic Ecclesię Pastor p̄ficitur; cui dum fideliter incumbit, morbo Epidimię correptus, die VI. mens. Maii, anno M. DLXXX. Aetat. verò suā xxxvi. magno sui desiderio relicto, moritur. Anima Christo conregnet.

D. O. M.

&

Memorię auitę eximii viri Domini & Mag. IOANNIS HAVENS primū Pastoris huius Ecclesię, deinde Cathedralis S. Ioannis Euangelistę Canonici & Plebani vigilantiss. cuius eruditionem Academię, facundiam templa, integritatem vitę, omnis ordo veneratus est. Vixit anno CIO. IO CIII. V. kal. Nouemb.

IBIDEM.

**T**V quicumque voles hac pertransire Viator,  
 Aspiciens oculis hac monumenta tuis.  
 Membra stupore graui meritò paueant tua, nec non  
 De propria noxas pellito mente tuas.  
 Quippe nihil nostra vita est incertum vsque,  
 Morteque nil nobis certius esse vides.  
 Proh iacet hic sacra Dominus GVALTERVS arena,  
 Omni defunctus pondere militia.  
 ELSTIYS antiqui generis cognomine dictus,  
 Diuino eloquio clarus & ingenio.

Romana

*Romana fidei contraria dogmata semper  
 Exiit, & quicquid turba dolosa canit.  
 Hac vigilans pastor fuit & syncerus in ade,  
 Qui rexit populum non sine laude suum.  
 Auscultans agris pestem contraxit acerbam,  
 Qua perit, hoc tumulto conditus exiguo.  
 Hic tamen exurget terra de pulvere tandem,  
 Cùm tuba terribili clanget ab axe sono.  
 Funde preces ideo, vt superas anima illius auras  
 Conscendat, saxum tempora mortis habet.*

## AD S. CATHARINAM.

Monumentum venerandi viri ac Domini GERARDI A BRVECKELAER, Ecclesiae Cathed. Biscoducen. D. Ioanni. Euangel. Canonici, & Diuæ Catharinæ parochiæ per xxvi. annos pastoris vigilantiss. dignissimique.

**V** Atidicus vero cecinit modulamine Dauid,  
 Aeterna iustus mente probandus erit.  
 Non igitur fas est ignotam te bone Pastor  
 BRVECLAER, a secula posteritate premi:  
 Cuius vita fuit multa virtute probanda,  
 Lux gratos superis terrigenisque facit.  
 Dum bene solliciti Pastoris munia curas,  
 Tam charas vigili corde tuerus vbes.  
 Vt quoque nil veritus fueris profundere vitam,  
 Fex tibi Caluini dum rapuisse studet,  
 In tam praesenti discrimine Catholicorum:  
 Ni manus eiecto promptat illisset opem,  
 Hoc meritum docto fueras hortamine, cinem  
 Sedulus officij dum memorem esse mones.

*Excultus Latio sermone, idiomate Græco,*

*Hebrææ linguae sat quoque gnarus eras.*

*Magnificam templi studuisses reddere formam,*

*Si tibi pro voto tradita cuncta forent.*

*Sed cali nunc templa colas optamus, in arcto*

*Condantur licet hic ossa sacrata loco.*

*Hæc tibi vota facit Sylva præclara Senatus,*

*Ob merita hæc tabula condecoratque rogam.*

*Ut quia dum viuas nullos sectaris honores,*

*Hæc tibi reddatur post pia facta decus.*

*Obiit Anno GID. IOCII.*

**AD MINORITAS.**

**POSTERITATI.**

Inscriptio FRANCISCVM DE AGVILAR ALVARADO

G.Ri Virum nobilem hoc monumentū habet.

uij Quem

Ad. TORVM Castellæ opidum edidit v. non.

uocati Octob. M. ID. XXIII.

Me- Imp. Cæsari CAROLO V.

chli- strenuum militem,

nien- PHILIPPO II. Regi Catholico

sis. Centurionem, Tribunum, Gubernato-

rem Duynkerkanum,

Virtute, Prouidentia, auctoritate præstātē

Animo & corpore supra fidem, pro Fide

insignem;

Sed & PHILIPPO III. ac Belgæ Principp.

A consiliis militaribus:

cui denique,

(quod prudentem & fortem decuit)

contigit in actu mori,

nempe

ET MONVMENTA BRABANT. 343  
nempe in castris pro ista vrbe 17.kal. No-  
uembris C15. 15CIII.

*Qui diu vixit & male, non diu vixit, sed fuit.*

*Qui parum vixit & bene, non diu fuit, sed vixit.*

*Atqui diu bene vixit, fuit, an non vita dignus altera?*

*Istud cogita, Lector: & hoc iacenti voue, sic poste-  
ritas tibi.*

ELVIRA DE VALENCIA Brugenſis  
marito, (heu quondam ſuo!)  
amoris & mæroris monumentum  
P. C.

IBIDEM IN AMBITV.

Venerabili D. & fratri ARNOLDO AB  
AGGERE alias FOLCARTS, olim Campen-  
ſium & Weertensium Guardiano, poſt  
huius conuentus vicario anno 1572. piè  
hic mortuo, ex vxore patruo GVILIEL-  
MVS DE REIS huius ciuitatis Conſiliarius  
& Syndicus poſ. & anno 1607. renouari  
curauit.

MORTVVS VIVAT.

**S**I te vera fides, pietas non ficta, labores

Immenſi, curſus vite feliciter acta

Afficiant, greſſus huc dirige, candide Lector.

Qui iacet hoc tumulto cineres conuerſus in atros,

Vt decus eximium vera pietatis & omnis

Virtutis viuum ſpecimen, reuerendus honore

Laudandusque venit, quamuis dum vita manebat

Summa merebatur paſſim præconia plebis.

Cùm tamen ante diem fatalem nemo beatus

Iure queat dici, nec laus ſit debita viuo,

Ne ſibi non ſimilis ſpectetur tempore mortis.

Y 4

Nunc

Nunc postquam tanto mentis seruiore supremam  
 Attigis hic horam, Mors ipsa encomia spirat.  
 Quid mirum? hac vita ratio, modum ille peracti  
 Temporis extiterat, ne cuiquam caussa sinistre  
 Quid reputare fuit. namque a iuuenilibus annis  
 Vi mens esse capax fraudis, vitiisque nocentis  
 Ceperat, inspiciens hac illecebrosa dolosi  
 Gaudia praesentis mundi, quam cuncta caduca  
 Ac peritura forent, cernens quoque mille Meandros,  
 Parte quibus mentes hominum infestantur ab omni:  
 Illico spinosam & vigilanti pectoris arctam  
 Arripuit seruiore viam, placuitque beati  
 Semita Francisci, quam dum flagrantem obiret,  
 Tanta viri pietas, vitaque modestia tanta,  
 Et sincera fides, patientia, tale precandi  
 Assidue studium, vix ut consisteret usquam  
 Subsidio absque precum, semper pugnare paratum.  
 Salue igitur venerande senex, fortissime miles  
 Militiae Christi, fratrum lux vera tuorum:  
 Praemia temporis qui nactus tanta laboris  
 Cum duce caelesti feliciter exiguam.  
 Quaso tuis precibus possim sentire leuamen,  
 Auxiliumque DEI, mens omnis criminis expers,  
 Gaudia quo valeat nunquam peritura tueri.  
 Venerabili P. F. THEODORICO ZITTER,  
 huius Conuentus Guardiano digniss.  
**E**rgone iam nostros adoriri, Parca, Penates.  
 Anne times tantum dira ferire caput?  
 Quem sic Syluaducis, sic fratrum concio plangit.  
 Te loquor à ZITTER THEODORICE pater.  
 THEODORICE pater, dux conuentus quoque nostri  
 Nam fueras tanto dignum honore nimis.

*Tu currus fueras Israel aurigaque nobis,  
 Morte tua capitis nostra corona cadit,  
 Ter quingenteso ter & vndeno simul anno,  
 Ter nonam Augusti Sole tenente diem,  
 Piscis & exorients dum virginis occidit astrum,  
 Lunaque directæ corpore mixta Ioni.  
 Sed tua nunc atrum tenet hic licet ossa sepulcrum,  
 Restituet, magni ludicis illa dies.*

*Tu modò qui transis, aut adstas fortè viator,  
 Dic tantum: In sancta sit tibi pace locor.*

## AD DOMINICANOS.

D. O. M. SACR.

Forma, nobilitas, opes,

Pulvis, vmbra, nihil.

*Vna VIRTUS facit, cum mori necesse est,  
 mori bene.*

*Hæc omnia summa fuere*

*IN BARBARA DE KERREMANS Ant. Eq. F.*

*quæ cum hic vixisset annos . . . .*

*Mens. . . . Dies . . . .*

*Obiit xiv. Iulii, anno c. d. c. x. xcix.*

*Relictis sui desiderio & luctu*

*nullis liberis.*

*At horum vice & maritali affectu*

*ANTONIVS Baro de Grobbendoncq.*

*Principibus in rebus belli à consiliis,*

*civit. Syhæducent. Præfectus,*

*ducentorum equit. cataphractorum dux*

*dulcissimæ Coniugi*

*H. M. P. C.*

*Honorarium.*

*Auct. Ioanne Barhio, S. P. Q. A. à secretis.*

Y 5

Prouo-

Prouocatus ab hoste Gallicæ turmæ  
 Duce Domino de BREAVTE, genere cla-  
 ro, ætate feroci, GERARDVS ABRAHAM  
 Syluzducentis, in ducenda equitum item  
 turma, D. ANTONI Baronis de Grob-  
 bendoncq vices gerens, cum xx. duobus  
 commilitonibus contra totidem Gallos,  
 veteri Horatorum exemplo, virtute &  
 successu admirabili, cæsis hostibus xvii.  
 in conspectu Patriæ, ac pro eius gloria  
 fortiter dimicans cum fratre ANTONIO  
 ac tribus aliis militibus suis cecidit, quia  
 turmæ suæ Duce solenni funere huc dela-  
 ti, ob mortem, qua non potuit contingere  
 gloriosior, resurrectionem gloriosam hic  
 expectant.

Anno CIO. IO C. Non. Febr.

**V**ultu magnanimi luenes fortissima nostra  
 Robora militia, patria vobisque parastis  
 Aeternum virtute decus, victricia gentes  
 Arma stupent alia, certamine viribus a quo  
 Marte pari, numero palmam, sed dispare Gallum  
 Hostis in hoste probat: volucres Victoria pennas  
 Exuit, Aduaticis sedes ut figat in oris,  
 Belgica terrarum dum gloria circuit orbem.

Ibidem.

**A**ls men duysent ses hondert schryuen, sach,  
 En Februarius out vvat van vyffdagen,  
 Een stuck, d' vvelck in memorie vvel blyuen, mach,  
 Heefst men ons manlyck voor t' geloone sien vvagen  
 Ter Vuchtscher heyden, daer vvy hebben verslagen  
 Tyveentvvintich aenhangers der keisers rebel,  
 Vanden

Vanden Franschen bloede, die ons haddē doen vragen  
 In gelyck getal, tot een Beroep slach sel:  
 Die vvy aenveerden naer ons ouerste beuel,  
 En streden vromelyck Gods kercke ter eeren.  
 Drye vande vyanden syn ons ontvlucht snel,  
 De rest ghingt ghetal der dooden vermeerren.  
 Vyffue hier geschildert naer vville des Heeren  
 Verloren vvy, die daer offerden hun bloet.  
 Aldus sachmen des vyants hoochmoet verkeeren.  
 Loffsy den Heere, die ons ghaff chracht en moet.

APVD HIERONYMIANOS.

**C**aelo potitus post labores plurimos  
 GEORGIUS MACROPEDIUS,  
 Scholastici moderator optimus gregis,  
 Toto orbe nobilis senex,  
 Corpus reliquit hoc podagricum loco,  
 Longo labore exercitum.  
 Humanitas, studium iuuandi maximum,  
 Benignitas amabilis,  
 Candor animi, Pietas & Eruditio,  
 Hunc reddidēre cœlium.

CIO. IOLVIII. mens. Iulio.

Cornelius Valerius amico pos.  
 IVLIVS exptans SILVadVCLs OCCVpat artVs,  
 Macropedi tenVes splrltVs astratenet.

IBIDEM.

Anno M. ccccxxv. erigor in hoc opido  
 præside D. GREGORIO Pont. Max.

FRATRVM COLLEGIVM.

Interea gratis docui quos preßit egestas,

Et mercede quibus fori satis ampla fuit.

Et si omnes gentes Regi Antiocho obediunt, ego & fl



*Iſt mei & fratres mei obediemus legi patrum noſtro-  
rum. i. Machab. ii.*

*Et ſocietas noſtra ſit cum patre & filio eius Ieſu  
Chriſto. i. Ioan. i.*

*Societatem habemus ad inuicem.*

# TRAIECTENSIA.

## IN TRAIECTVM.

Maximilianus Vrientius S. P. Q. G.  
à ſecretis.

**V**Rbs antiqua potens, Eburonũ in ſinibus amplius  
Quam mediam lato ſumine Moſa ſecat,  
Auspiciis fundata Deis, SERVATII ab vrna  
Nobilis & clero magnificè aucla ſacro.  
Diſcreto imperio, gemino ſubiecta Toparcha,  
Nec minus hinc equo recta regensq̃ue iugo.  
Diues agris, animoſa viris, quàm legibus aqua,  
Tam ſera, quàm iuſtus ſuſcitatur arma calor.  
Turribus & portis, & amœno ſplendida portu  
Commoda TRAIECTI, nomine digna meo.  
Amne ſuper duplici ſpatioſo peruia ponte,  
Quem Iecora & paribus Moſa flagellat aquis.  
Ripa vtriuſque potens, Bethaſi ianua, clauis  
Belgica, Loquaci meta decusq̃ue ſoli.  
Diſpartita licet, ſic bello & ſœdere concors,  
Vi Pacem hic Marti nubere poſſe putet.

AD IDEM.

Dum totum Natura vago pede traiecit orbem,  
Viſo TRAIECTO traicere inde ṽgat.

IN

## IN TEMPLO CRUCIFERORVM.

**H**ENRICVS DIONYSIVS hic tumulatus IESV Hic  
 Nominis excellens religiosus erat. pri-  
 mus

Diuini verbi doctor clarissimus, idem

Qui vigil hac Genstas arcuit vrbe faces.

Qui legis hac, da vota Deo & deposce quietem

Defuncto, & mortis sedulus esto memor.

Obiit an. cto. 10. LXXI. die viii. Nouemb. Traie  
 dem  
 fixit.

D. O. M.

Venerabili morumque ac vitæ integri-  
 tate multipliciter insigni D. NICOLAO  
 STRATIO, Ecclesiæ B. Seruatii Canonico,  
 pauperumque in eleemosynis elargien-  
 dis patrono liberalissimo. Obiit Anno cto  
 10. LXXIII. ipso die Innocentium. R. I. P.

Apud Cruciferos eodem loco quo præ- Nota  
 cedens, in eodem cum P. Dionysio tumulo,  
 cuius Dionysii sepulcrum, eadem qua D. Ni-  
 colaus obiit nocte subdidit, quasi locum  
 cederet nouo hospiti, cum quo amicissi-  
 me antè vixerat.

AD D. SERVATII.

D. O. M.

**I**lla dies quæ me TVMLERVM protulit orbi,

Illæ eadem cinem me dedit esse poli.

Doctori tamen imposuit Bononia laurum,

Consilioque meo est Caesaris vsa domus:

Pontificique fui Romæ charissimus, inde

SERVATI vna tui pars ego facta chori.

At quid honor, tituli, quid magna palatia? Lector,

Vive, vt sit mortis vita futura comes.

Inte-

*Inter lvs nostrs est testis Septembris & ortvs,*

*Vna Dies Vita LVX tenebraeqve fvlts.*

IBIDEM.

IN SACELLO REGVM FRANCIAE.

MEMORIAE

&

CAROLO RICHARDOTO

magni illius Richardoti

Principp. P. Q. voto

cum potestate, fide, famâ maxumâ,

Sanctioris concilii Præfidis

filio,

magnæ spei adulescenti,

paternarum virtutum heredi:

qui

ob raram indolem,

ad mercatum bonarum artium

Traiectum missus,

sperata virtutis documenta

cotidie exhibebat.

Sed

ô Infortunium!

lex fati intempestiva & ineuitabilis,

inter adulescentiæ primordia,

continuis calculi doloribus

grauiter afflictum,

&

Iam tertio sed frustra incisum,

Terquintum ætatis annum

necdum ingressum absumpsit

Anno c12. 12c. Nouemb. 111.

D. Q. M.

D. O. M. &amp; MEM. S.

Staleſtor, ère tua eſt. habe compendio,  
 Què gaudeas fuiſſe, ſed illacrymes fuiſſe.  
 H. S. E.

**H**IERONYMVS AB EYNATTEN *Viuens*  
*Huiusce Can. Coll. Decanus, huiusce*

*Cleri Archipreſbyter, mortuus*

*Deſiderium vtriuſque. qui ſuperſteſ*

*Gaudium extitit plurimorum,*

*Functus dolor omnium: qui breuiter*

*Nulli grauis, nulli malus, cuique ad votum.*

*Quem ſui ſemper coluerunt vnicè,*

*Qui ſuos ſemper excoluit vnicè.*

SPARTAM, QUÆ CONTIGIT, ORNAVIT

VIRTUTE integrâ, à Patre, ab Auo, à maioribus,

EXEMPLO candido, ſine fraude, ſuco, lite:

ZELO indies commendatiore, nota indies meliore.

DEVS STITIT, SPECVLO DEDIT.

*Quem vltra, proh! colere nequit officijs,*

*Eidem in piſſimi doloris teſſeram*

CENOTAPHIVM QVOD VIDES

REYNERVS FRATER GERMANVS

ponit cum lachrymis

Obiit xxii. Septembris,

A. CIO. IO CII.

AD FRANCISCANOS.

P. GREGORI VLERDINGI.

**H**EUSTU, diues, inops, vterque ſodes,

*Aduortas animum parumper illi,*

*Ad quem turba ruit frequenter olim*

*Dicentem ſapienter ac diſertè,*

*Romanis ſalibus ſacetiſque:*

*Dimid*

*Diuinâ tamen eraditione.*

*Nunc utrique loquar. fauete linguâ.*

*Quis Mors hic iacent scietis armis*

*Est dictum Seneca, mihi que cunctos,*

*Cunctis me que datum. nec imperitè.*

*Sic mi terram, homines que, cœlites que*

*In mortis caput arte copulaui.*

*Nam partitus eis fui me ipsum*

*Sermones homini, solo que corpus,*

*Ac cœlus animum. Sed illa contra*

*Immortale decus beatitatem*

*Dant sodalitium mihi Deorum.*

*Hic mors ecquid habes? habesne quicquam*

*Tantum diues opes valere censens?*

*Eia pauper opes relinque mecum,*

*Et Cræsos superabis, atque viues.*

CID. ICGI. III. Non. Iunij.

D. O. M.

IOANNI GOROPIO BECANO, diuinarum  
atque humanar. rerum bonarumque ar-  
tium peritiss. KATHARINA DE CORDIS  
VXOR & filiola duæ coniugi ac parenti dul-  
ciss. cum lacrymis poss. Procurantibus  
LAVINO TORRENTIO & GASPARE SVR-  
CHIO, quibus ille res suas moriens com-  
mendauit.

Vixit ann. LIII. Obiit IIII. kal. Iul. An.

M. D. LXXII.

D. O. M.

**Q** Vis tegitur tumulo? ROLANDVS DEL-  
PHIVS ille,

*Delicium que hominum, delicium que Dei.*

*Illic*

*Illius sed enim mentem finxisse videtur  
 Candida ter puris Simplicitas manibus.  
 Innocuos mores Probitas, Industria corpus,  
 Ora Lepor. cineræ tot bona Parca dedit.  
 Simplicitas, Probitas, Industria, flete Leporque:  
 Nam iacet hic vestro DELPHIVS exitio.*

MEMORIA SACR.

**F. ROLANDO DELPHIO** Ord. Fratrum  
 Minorum, modestiâ & patientia ad mi-  
 raculum prædito:  
 monasticarum obseruationû laudi nato,  
 harundem æterno damno denato,  
 Confratres religiosi  
 hunc titulum & tumulum mœsti poss.  
*Hospes prece me viuos iuua, mortuos iuuabere.*

cfo. 1581. Idib. Septemb.

D. M.

**P. NICOLAI LOVANIENSIS.**

*Afflictos solabar homo: mea funera flentes  
 Nunc solor diuus, non moriturus. Abi.*

M. 1581. IV. Non. Nouemb.

DEO OPT. MAX.

Reuerendo admodum Patri **P. ADRIANO**  
**HOFFSTADIO**, huius & aliorum Conuen-  
 tum Guardiano meritiss. S. Theol. Præ-  
 lectori, ac diuini verbi præconi famosiss.

Obiit æt. 11. Nouemb. 1598.

**H**OFFSTADIVS sacro iacet hic, **FRAN-**  
**CISCHE**, tuorum

*De numero, magnis notus vbique viris.*

*Ingenij cuius vites Brabantia passim*

*Senserat, & Batavi gens generosa soli.*

M. 1598

Z

Loua

Louanium genuit, quem verbi deinde ministrum  
 Lectoremque stupens audiit eximium.  
 Hoc, multis tandem fractus sudoribus antro  
 Conditum, aetherei vivat in arce poli.

Fonti insculpta, quem D. IOANNES RYCK  
 Westphalus D. SERVATI Canon. in me-  
 dium liberi campi S. SERVATII ante  
 ecclesiam fitti deduxit.

**F**ontem hunc vides Viator,  
 Sed & venerare. sacer enim  
 Est, & seu te fitti vrit, seu  
 Febris, bibe, vine, vale, hoc te  
 D. SERVATI nomen & omen monent.

## BREDA NA.

IN BREDA M.

Maxæmylianus Vrientius S. P. Q. G.  
 à Secretis.

**P**incipis Auriaci regnum, & domum hospita  
 BREDA,  
 Tantum finitimus certat amœna locus,  
 Urbibus ut reliquis prope spretis, unica in vire, hac  
 Natura genium stare & amare putes.

IN TEMPLO PRIMARIO.

Honorarium.

**S**iste gradum, supplexque locum venerare Viator,  
 Hic cumulus magni contegit ossa viri.  
 Mortuum hic fato recubat RENATTS inique,  
 Præmia Princeps, Nassoniaque Comes.

Dum

Dum sequitur magni inuidissima Caesaris arma,  
 Fortiaque intrepido pectore bella gerit,  
 Occidit, heu! sauo, iarmenti lasus ab ictu,  
 Quod rapidos mittit sulphuris igne globos.  
 Illius interitum deflauit Caesar, & omnes  
 Caesaris armorum militiaeque duces.

Quanta viri fuerit pietas, prudentia, virtus,  
 Posteriora grato semper in praeferet.

Non etenim consentus erat virtute parentis,

Quarebat proprio nobile Martia decus.

Sed quae domi posset, securam ducere vitam,

Maluit arma procul militiaeque sequi.

Illius imperio insisique exercitus ingens

Raruit, ut fidem sustinuitque Ducem.

Qualia praestiteris iuuenilibus acer in armis,

Flandria per petuo tempore iactis erit.

Hec etenim sexuata viro est Brabantica tellus,

Ne fieret praede subdita, Caelo, tibi.

Fortia magnanimi dum Caesaris acta legentur

Huius, & aeterna laude superstes erit.

Transferat quinti iuuenilia tempora lustris,

Cum neuit summum Parca saeuera diem.

Usteris vitam quod si fortuna dedisset,

Proh! quantum belli laude futurus erat,

Absoliter visum Superis, qui cuncta gubernant,

Et tantum terris eripere decus,

Nec dubium est, quin iam meliori sede receptus,

Celestis vitae gaudia leta colat.

Corpus in hoc tumulo mortali lege quiescit,

Spiritus at summi vivit in arce DEI.

ANNA viro coniux moerens Lotharingica raptis

Eximjis charis haec monumenta dedit:



*Amisſumque tibi commendat Chriſte maritum,*

*Defuncti manes vt tueare pios.*

Obiit ann. Domini cto. ioxliv. die xv.

Iulij, ætat. ann. xxvi.

Auctore M. GEORGIO ÆMYLIO.

IBIDEM.

Clariff. Equiti D. FREDERICO A RENESSE, Domino de Mal, Cæſaris Conſiliario, & ditionis Bredenſis Præſecto ſummo, D. ANNA AB HAMELE, Eldrem & Manij Domina, coniugi chariſſ. patrique optimer. vxor liberique cum lacrymis Poſſ. Domina ANNA AB HAMELE, Eldren, Manii & Mal Domina, ob ſingularem in pauperes pietatem vbique laudatiſſima, hoc ſepulcrum elegit. Vixit ann. LXXVII. M. VIII. Obiit a. M. D. LXXVI. die menſ. Iunii. *Diſce quid es, quid eris, memor eſto quod morieris.*

IBIDEM.

Nobili & virtute bellica cl. Domino IOANNI TENERAMONDO D. de Boirnieual, CAROLIV. Cæſ. à machinis bellicis primario Præf. Tornacenſium & deinde Traiectenſium, poſtquam Cæſaris imperium agnouiffent Dynaſta, hæredes poſſ. Obiit Bredæ kalend. Maii, a. M. D. XXXVI.

*Diſce mori moritura caro, moriare priuſquam.*

D. O. M.

Prudentia ac Integritate ornatiff. viro NICOLAO VIRLING, Illuſtriſſ. heroibus Henrico Comiti à Naſſou, ac Renato & Guilielmo Principp. Aurantiæ à Conſiliis

&

& rationibus, liberi patri opt. mer. tumulum cum lacrymis PP.

D. . O. . M.

IOANNI HVLTEMIO æqui boniq; studio-  
so, ac in administratione reipub. Breda-  
næ multis ann. aut Consuli, aut Senatori  
vigilantiss. Engelbertus & Ioannes FF.  
patri opt. F. C. vixit ann. LXXVIIII. M. XI. D.  
VI. obiit anro M. D. LIV. IV. Nouemb.

*Tu quod es, hostes erā, nunc me vita exuit, atq; hic  
Obruit exuvias mors inimica meas.*

*Sed quia tu fies quod sum, post funera, qua vis  
Ipse tibi fieri, quaeso precare mihi.*

# BERGOPZOMIA.

IN BERGOPZOMAM.

Laurent. Beyerlinck Antwerp.

Canonicus D. MARIE.

**Q**Uæ veteris surgunt noua propugnacula Berge,  
Ad Zoma vitreas pratercantis aquas,  
Inclyta Mercurij fueram domus, Anglica portus  
Dum peterent quondam carbasa vota meos.  
Et pergrata novos vestirent pascua muros,  
Ruraque frondosis nobilitata iugis.  
Tunc mea natiuus tenuit moderamina Princeps,  
Et viguit prisca Religionis honos.  
Ista sed in tristes abierunt gaudia luctus,  
Lataque sors aliò mobile flexit iter.  
Nunc decor omnis abit: pro rure en spumens vrbe  
Cingit aquis Nerou, aruaque culta regit.

*Et mea progenies Batavi tenet atria Marti;*

*Sortis ut incertus sim memor esse vires.*

*Pulsa Fides: dubiam vexant deliria mentem,*

*Et premo externi Principis agra iulgo:*

*Tempus erit, Fidei, faveant DI! lumen quando,*

*Iussaque respiciam Principis aqua mei.*

*In Ecclesia collegiata D. GERTRUDIS.*

Perit  
his, tu  
mul-  
tibus.

*Viaror adita,*

*Et quæ in rem tuam fient, vide.*

*Ioannes Beyerlinck,*

*Civis, & huius vrbis Patricius,*

*In qua nō vnum munus cum laude obitui,  
te hic exspecto.*

*Fui, præiui. nunc es, præibis quoque alios.*

*Sic omnes cogimur. Abi. & mihi*

*Id apprecare, quod optaveris tibi.*

*obit Anno sal. hum. M. D. L. Id. Mart.*

*ANNA DE BIE coniux, & liberi mæsti Pos.*

*Viue pius, moriere pius.*

*In Campanili eiusdem ecclesia, sub horologio.*

*FUGIT HORA.*

*IN ADIEVS. N. N.*

*Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?*

*Psal. LI.*

*SCORTATOR.*

**I***N Venerem putris Scortator, Ganeo, Adulter,*

*Qua te dementem corripuit furia?*

*Obscena extenuas stimulante libidine corpus,*

*Bubones, ficos contrahis & scabiem.*

*Prodigi obliuiscis fædo patrimonia luxu,*

*Spurciis famam diminuîsque tuam.*

*Interea*

*Interea vt crebri coitus tibi gloria detur,*

*Ostentas varijs te furibunde lupis.*

*Naturam multo teneram conamine tentas:*

*Cúmque parum praestes, sistis anhelus opus.*

*Via tamen in Venerem miles non segnú habéri,*

*Atque olidis celeberrime viuere fornicibus.*

*Nescis quid scortum, pellex & pallaca querant;*

*Basia quò vergant & simulatus amor?*

*Amplexum meretricis molles dat, & oscula figit;*

*Capitet vt illecebru perditè amanti opes:*

*Qua simulac luxu absumpta, in nihilumque redacta;*

*Illico friget amor, sitque odiosus amans.*

*Prouidus vt vites scabiem, probra, pauperiemque.*

*Consors vna tui sit tibi chara tori.*

### POTATOR.

**I***ngluuiem iactare tuam ne crede decorum,*

*Qui multa ventrem colluuiione grauas,*

*Infundisque gula certatim pocula, Potor;*

*Strenuus vt bibulo conspiciare gregi,*

*Vtique auidum potu satures feruente barathrum,*

*Indulgensque tuo, sis madidus, genio.*

*Pradensis cerebrum, malè sane, vaporibus imples:*

*Ipse adimis sensum, mentem animumque tibi.*

*Inuadunt saturum tenebra, vertigo, stuporque:*

*Et lingua, & titubant ebrietate pedes.*

*Designare mali quiduis temerarius audes,*

*Dum ratio, probitas, & metus omnis abest.*

*Gloria qua tandem post pocula larga sequetur?*

*Qua turpis victor premia digna feret?*

*Gurges, lurco, nepos vesanius babeberis, asque*

*Cor datis fies fabula vbique viris.*

*Tecapient furia, febris, tremor, atque podagra:  
Fudè oculi lippo, tæbe liquente, fluent.*

*Denique profluuijs cùm rem prodegeris  
omnem;  
Quod reliquum est vitæ tristis inopsque  
trahes.*

## MENDAX.

**M***endax, Impostor, Nugator, Friuole, Fallax,  
Et confingendi mille perite modis:  
Arte aded insignis, res vi si seria poscat,  
Nil bene veridicus commemorare queas;  
Mentiris, quoties tibi dicere vera videris:  
Veràque cùm dicis, falsa eadem esse putas.  
Fallis commentis alios, & falleris ipse:  
Structorique nocet machina structa suo.  
Splendida fallaci decoras mendacia fucò,  
Et tibi plaudendi non levis ansa datur;  
Incautos videas si vanis credere nugis,  
Intentosque tuis ora tenere logis.  
Cautior at si quis tricus contraria dicat,  
Mendacemque probis arguat indicijs;  
Nulla verecundi facie das signa pudoris;  
Sed dictis perstans, propositisque tenax,  
Acriter obsistis: nulli vis cedere victus;  
Gloria ne palma sit minùs ampla tua.*

*Perge, age, mendaces inter victor celebra-  
Veraces inter victus vbique mane. (re:*

*Ludebat Cornelius Kilianus Dufflaus.*

**LIRANA.**

## LIRANA.

## IN LIRAM.

MAXÆMYLIANVS VRINTIVS S. P. Q.

Gand. à secretis.

**S**i veluti calum, sic tota Brabantia corpus  
 Harmonicum numero suâ uisonante foret,  
 Inque vicem fierent si clara tot oppida sistrum,  
 Sola ego sum tanti corporis apta lyra.  
 Mollibus ut studijs, sic sueta ferocibus armis,  
 Publica caussa animos cum mouet, ira manus.  
 Cattus in exemplo nostri delirus amator,  
 Impiger hic saliens nuper ouante LYRA:  
 Cuius Neta calens etiamnum strage, tepentes  
 In mare purpureo flumine voluit aquas.  
 Nemo LYRAM violet, regnum tenet illa per astra,  
 Nec minus in terris bella timenda gerit.

## IN EANDEM.

LAVRENTIVS BEYERLINCK Canon. Ant.

**E**xiguus cingor muris, sed diuite glebâ  
 Meque beat grato munere blanda Ceres.  
 Delicium Aduaticis, GYMARI nobilis ade  
 Nobilis ingenijs, flumine, ciue, lare.  
 Ambitione procul, vesana nescia fraudis,  
 Me colit antiquâ plebs generosa fide.  
 Cum serenata fulgerem otia pacis,  
 Pierides sedes hic posuere suas:  
 Quas ferri rabies, & Martis seuâ propago,  
 Inuida (prob) patria cedere sede iubent,  
 Efficiuntque mei, ne, nominis immemor, ausim  
 Dulcis consuecta plectra mouere LYRA.

Z 5

ANTE

ANTE AEDES SENATORIAS.

*En de CIMO qVario bCfebrls (qVod fata tV LerVm)  
hoftibV s expV Lfs, Capta reCepia Lira eſt.*

ANNO M. D. XCV.

IN D. GOMMARI.

DEO IMMORTALI SACR.

MONUMENTVM.

Nobiliff. V. Gasparis TacquetI Hadriani  
F. Ioannis Nep.

Qui Lechenæ potens in re lauta & bene  
aucta

vixit ſine ambitione priuatim ſibi,  
Religionisq; auitæ pius cultor etiam  
inter turbas,

Deo non quia neceſſe eſt obſequens.  
erga egenos manu proma liberalis,

Amicis animo conſtanti amicis,  
nulliusq; facti degeneris culpandus.  
attigit ætat. ann. IIL.

obit. Prid. Eid. Nouemb. clō. Iō. cix.  
Quiſquis iſta legis ſiue incola ſiue exter,  
ſito bene precare, & ſcito  
metam eſſe hanc omnib. vham.

Fratri germano vni vnico Ioannes Ta-  
quetius

Lechenæ & Helſti Torparcha  
de ſuo P. C.

DEO HONORI

&amp;

'Pijs manibus, D. CAROLI A MERA me-  
morizæ, ſtemmatum imaginibus clari, de  
Weſt-weſel Domini, v. I. Doctoris, huius  
ædis

ET MONVMENTA BRABANT. 363

edis Canonici, erudita pietate, candida vi-  
æ integritate vnita, exornati; egenis mu-  
nificencia chari. citâ morte, bonorum do-  
lore è viuis erepti, Heredes ex testamento  
possi. Vixit ann. LXXII.

Obijt III. kal. Octob. clō. Id. XCIIV.

*Cuius vt vita series peracta est,*

*Entheo mens associata cœtui*

*IN DEO viuens fruitur perenni*

*Iubare cali.*

D. O. M.

**V**ARENNIVS Pelasgi  
*Sermonis & Latini*

*Peritus, & sororum*

*Mystes nouem sacrarum;*

*Egentibus benignus,*

*Doct̃or gregis tenelli,*

*Pietate diues, aq̃ui*

*Amator, h̃ic arenâ*

*Tectus iacet, dolosa*

*Laetantis orbis arte*

*Liber, fruens triumpho*

*Nunc calitum perenni.*

Vixit ann. LXXIV. obijt v. Idus Octob.

Anno Christi M. D. XCIII.

Honorarium.

per Didacum Pyrrhum Lusitanum.

*Hic VARENNE iaces, iacet hic simul Attica tecum*

*Lingua, sed hic tecum lingua Latina iacet.*

*At non fama tui iacet hic, non inclyta virtus,*

*Illâ viros inter viuunt, & illâ DEOS.*

**Ibidem.**



Ibidem.

**B**eatu ille, quem inuenta in limine  
 Abstrahit à vitijs ipse & sibi adstringit Dem.  
 Nec tamen habendum ille in infelicibus  
 Ad meliora Deo vocante qui venit senex.  
 Si bene quid faciat, serò licet, predest tamen.

D. O. M.

Cùm ob miram præstantis consilii dext-  
 teritatem, tum ob inculpatam morum  
 suauitatem nulli non gratissimo, Domino  
 mag. IOANNI AB YSENDYCK, huius fani  
 sacellano, sui hoc monumentum patrue-  
 les erexere mærentes. Vixit ann. LXVI.  
 Fato concessit An. M. D. LI. mens. Iun. VII.

D. O. M.

AUGUSTINO STEYDLIN viro de re mili-  
 tari, primùm apud Allobroges, postremò  
 apud Metim, atque in agro Luxemburgi  
 præclare merito patriæque studiosissimo,  
 Antuerp. celeberrimo Europæ emporio  
 honesto loco, patre Sueuo, matre verò  
 Belga nato, hæredes fratri chariss. monu-  
 mentum hoc Poss. Obiit anno à Christo  
 nato M. D. LXI. XII. mens. Augusti, Aetatis  
 suæ XLI.

*Defuncto memor viue superstes.*

CORNELI CVRTI Iani Douzæ  
 præceptoris.

*Vndenis lustris pubem erudiendo peractis**Curtius hic recubat, corpore lectus humo:**Expectans Christi censuras ore ferendas,**Noxis terribiles, plausibilesque pijs,*

Curato

Curato quare transiens  
Lector sereno vt calculo  
Facto, benignum sit tibi  
Vocis supremæ oraculum.  
Ne vita sit tragædia.

Vixit annos..... obiit An. MD. LXX.

*Sit nostra vita meta scopusque Deus.*

# AD CARTHVSIANOS.

In ambitu, in fenestris vitreis.

## SPECTATORI.

**O**Mnia tēpus habent, spatys quoq; paruula iustis  
Proficiunt, virtus crescit agente die,  
Proscripti Regis, Christi, pietatis auita,

E cara patria me procul egit amor.

His seruata fides, his gnaua industria sudans,

Multa vagis gessit commemoranda locis.

At fontem ALPHONSVM numeralia terna loquētur

Disficha, prudenti pauca notasse sat est.

## DONVM.

Herce a LYnano CVos Lira DespICIt aVSVs,

Dio patre CaVet noXia scIta Lira.

## MERITVM.

OCtobrIs qVarta & Penā Lira faLsa seseLLIt

AlphonSI exAcTe LVXIi aDVLtVs agon.

## GRATITVDO.

PrINCIpe VeXILLO aVgetVr LaVDData seqVeLa,

Alphonso exVrgIt Grebra fenestra DVCe.

Inscriptio Latrinæ.

SVM VOBIS NECESSE.

## IN BEGINAGIO.

**S** Vb gelido hoc recubat nunc IANVS AB AG-  
GERE saxo,

*Praluxit vita qui pietate suis.*

*Quem non ambitio, non auri sacra cupido*

*Capit, non Paphia toxica tela Dea:*

*Commoda sed vite fugientis spreuit, egenis*

*Obuia dextra fuit, sobrietatis amans.*

*Cuius & in varijs vita est iactata periculis,*

*Dum studium prestat recta docendo suum.*

*Orbis laetantis liber tandem arte dolosa,*

*Caribus angelicus conspicuusque DEO.*

Vixit ann. LII. obiit XII. Martij, 1615.

15. XCIV.

In monasterio vulgò SYON.

D. O. M. S.

LVCRETIA AFFITATE

Ex  
mar-  
more

IOAN. CAROLI dum vixit D. De Gistellis  
VXORI,

matronæ, claritate parentum illustri,

IOAN. FRANCISCVS, COSMAS & CA-  
SAR FF,

tresque eorum sorores PP.

Anno Domini M. D. LXXI.

Obiit anno M. D. LXXIX. Martij XIX.

**HERENDALIA.**

IN HERENDALIUM.

LAVRENTIVS BEYERLINCK

Canon. Antwerp.

*Quondam*

**Q**uondam rura mihi densis circumdata sylvis,  
 Cinxere & viridos pasana lara coruæ.  
 Et mea nobilibus habitata fuere colonis.

Tecta, nec obscuro contaminata grege,  
 Hinc dum prima noui posuissent culmina muris,  
 Et colerent patris limina prima Lares,  
 Dindymenem perhibent quæ nomina redderet urbi  
 Sollicitam, superos consuluisse deos.

Dum pendent, decus & nemorum Latonia custos  
 Me subit, & saltu cultaque rura petens;  
 En ait, hic nostras animo stat figere sedes,  
 Et canibus lucos visere posse sacros.

Exhinc me Dominæ vallem dixere vetusti,  
 Et dedit Heeren dael nomina Belga mihi,  
 At postquam irrepfit tristi discordia bello,  
 Et patrium tinxit flumina nostra cruor;  
 Martia gens priscos depacta est igne Penates,  
 Arasque, & Lucos culta Diana tuos.

Neuè magis Dominæ vallem me dicere quisquæ  
 Audeat, Heeren dael nomen inane gero.  
 Quæ tamen ipsa sui, præci monumenta nitore  
 Templâ, ac rudaribus iuua tecta docent.

## IN PAROCHIALI ECCLESIA.

**S**iste pedemodo quisquam ades, miserando Mathiæ  
 Stirpis Haueloës quondam qua decorata fuit:  
 Aris thura dedit sacris utriusque Iohannis,  
 Dic, maneat rogito in sorte tua alme Deus,  
 Anno milleno quingentesoque quaternio  
 Obijt, Augusto lux duodena fuit.

Ibidem.  
 Gloria sit tui cruce, tua mors, IESU pœna vita,  
 Sit tuum, oro, labor perpetua quies.

Tabes

Tabet huius corpus GYMMARI, mens volat astra,  
Hinc HAVELDES nomen ultimum ille tulit.  
M. D. XXXVI. Prima Iunii.

In  
lami-  
na.

## IN SUMMO CHORO.

NOX SILET IN NOCTV MEDIO, TVNC TOTVBI NVC  
QV INDE CLES & BIS FEBRVV SORTV SERAT.

**A**spice qui transis, sunt hic exempla Viator  
Non leuiter pedibus praterunda ruis.  
Te meus admoneat tristis, bene viuere, casus,  
Obuius hic oculus qui patet ante tuos.  
Nuper in hoc vixi quo tu modo viuus in orbe,  
Integer & visa tunc mihi candor erat:  
Verum nunc gelido recubans sub marmore lectus,  
Sustineo rigida spicula dura neci.  
Debita natura sunt hac, ego debita solui,  
Illa soluturum te quoque Fata manent.  
Ergo mei casus semper memor esse memento,  
Proponens quod te mors quoque saeva premet.  
Et velut cuperes fieri tibi tute sepulto,  
Ne rehuas pro me fundere quas precor  
Omnipotens capias blanda DEVS aure loquelas,  
Et Paradisicis nos simul adde choris.  
Eia sic facias, pro te sic debita crescent  
Cantica dulcisonis emodulanda modis.

## IN ADE SENATORIA.

O Heere, vergheest my myn misdaet,  
Sy docht my ghoet, maer sy vvas quaet.  
In ædibus cuiusdam priuati.

## LATRINA CONVERITVR.

**H**es mihi, quã neglecta habeor conscriptaq, vulgo  
Semper in obscura parte locata domus!

Sunt

Sum tamē ipsa bonū, passum quod habere necessum est,

Quo nihil. vtilius, commodiusque nihil.

Nam me nulla carere potest domus: indiget omnis

Vsque adeo officio famina virque meo.

Hinc pueri, inualidique senes, positoque timore,

Et naturali virgo pudore ruit:

Immo Duces, Reges, summus cum Casare Papa,

Si quando hac illos imperiosa voco.

Adueniunt omnes properē, cūtruntque vocati,

Quò dolor hos ani parturientis agit.

Legatum huc, caculamue sub non mittere possunt

Nomine, non alijs imposuisse vices:

Ipsimet debent sed comparere citati,

Idque statim, nulla interueniente morā.

Et veniunt, non cum pompa, magnaue suorum

Turba, sed nullo concomitante viam:

Curuatique humilesque adcunt mea regna, leuati

Orantes ventris pondere quisque sui.

Me quarunt tanto qui fasce matoque laborant,

Sola ego nam tanti sum medicina mali.

Omnes adueto placide, excipioque benigne

Hospitio, & miserans subleuo fasce nates.

Nec noctu, nec luce mei claudō ostia regni,

Optatum nulli denego subsidium.

Ipsa ego sum Latium, sedes ibi fata quietas

Ostentant, grauidis & lacuisse datur.

Hinc ex re LATRINA vocor: quod suauiter omnis

Deliteat nostrō scemina virque sinu.

Certē ego confugium cūm sim, certamque lenamen,

Et Latium, & requies, & medicina mali:

Tantaque cūm praestem cunctis solatia, posthac

Sum meritō prima fronte locanda domus.

AA

Ibidem.

Ibidem.

*Simachus rasum mos esset tollere nasum,  
Malis per mundum sine naribus esset eundem.*

Ibidem.

*Lac capra non prabens, expers pinguedinis anser,  
Et sine dote vxor, sunt tria damna viri.*

### SPECVLVM MATRIMONII.

**Q***ui ducit coniugem, se nimis onerat,  
A cuius onere, mors sola liberat,  
Vir seruit coniugi, & vxor imperat,  
Sic seruus factus est, qui liber fuerat.*

*Qui ducit vxorem, ad iugum ducitur,  
Et poenam fugiens, ad penam trahitur.  
Vxorem capiens, plus ille capitur,  
Nam semper seruiens, seruus efficitur.*

*Vxorem capiens, hic mortem accipit,  
Dum putat viuere, iam mori incipit,  
Viuenti tadium in mente concipit,  
Ea mortua, vir vitam incipit.*

*Qui est sub coniuge, sub iugo premitur,  
Et mori cupiens, languere cogitur,  
Hic dolor maximus, & poena dicitur,  
Vt rubus ardeat, qua non consumitur.*

*Quid dicam breuiter esse coniugum?  
Certè vel tartarum, vel purgatorium:  
Non est in tartaro quies vel otium,  
Nec dolor coniugis habet remedium.*

*Quis posset coniugis ferre molestias?  
Labores varios & contumelias?  
Labor & tadium restant post nuptias,  
Vxorem igitur vt mortem fugias.*

Ibidem.

Ibidem.

*Femina quem superat nunquam viuit sine pœna,  
 Libertate caret durâ constructum habena:  
 Felices illi quos non capit illa sagena,  
 Nam nisi mors veniat, non rumpitur illa catena.*

Ibidem.

**R**egum potentum gratia,  
 Amorque dulcis virginum,  
 Odorque delectabilis,  
 Aprilis & clementia,  
 Rose voluptas candida,  
 Fallaxque lusus cœssera,  
 Hæc cuncta puncto temporis  
 Mutantur in breuissimo.

Ibidem.

*Vita hominum pelagus, regina PECVNIA nauta est.  
 Nauigat infelix qui caret huius ope.*

HOCHSTRATI in Taxandria.

Quod ante summum altare monumentum est, reconditos habet cineres herois ANTONII DE LALAING, domini de Môtigny, Destrees, de Merbes &c. eiusque chariss. coniugis ELISABETHÆ dominæ de Culéburgo, de Hoochstraten, de Borsalia, quibus inuictiss. CAROLVS V. Rom. Imp. Aug. an. regni sui III. huius domini Hoochstratani in Comitatus concessit erectionem, ipsis primis creatis Comitibus. Operosum hoc templum, magnis eorum impensis funditus exstructum, in Canonorum collegium ordinatum fuit, & anniuersarium in eo singulis annis perpetuo celebrandum, fundatum.

A a 2

Castro



Castro autē à primis fundamentis instaurata; Comitatus prædictus, coëm̃tis dominiis alijsq; possessionibus, longè melioris conditionis fuit redditus. Tandem cum membratus ANTONIVS diuersis legationibus functus, PHILIPPO Castellæ Regi, MAXIMILIANO Imper. prædictoque CAROLO Cæs. moderno, operam fideliter impendit, aurei velleris Eques creatus, Financiarum Præfectus, ac Hollandiæ, Zelandiæ, & ditionis Traiectensis locum tenens, anno tum LX. Gandavi moritur, IIII Non. April. Anno M. D. XL. Ac prædicta ELISABETH transmissis ad posteros non paucis piarum foundationum optimorumque operum memorabilibus exemplis, à DEO opt. Max. iam nata LXXXIX. ann. & mens. IX. Culēburgi, præsentis sæculi incommodis eripitur an. M. D. LV. v. Id. Dec.

Ibidem in quodam hospitio.

*Quomodo bibendum musicaliter.*

VT	} hoc est	utiliter.
RE		regaliter.
MI		mirabiliter.
FA		famosè.
SOL		solenniter.
LA		lachrymabiliter.

IBIDEM.

*Fide parum. multumq; vide: nam fidere multum  
Et vidisse parum, maxima damna parit.*

Ibidem.

*Clarissima sententia confidere paucis,  
Sed clarior est altera confidere nulli.*

IN PAGO vulgò BALEN.

**C**OSMAS ELENVS cubat hic, dū vita manebat  
Vix quoquam ingenuis artibus inferior.

Excultus lingua Hebraea, Graeca atque Latina,

Excellsi sacro munere mysta DEI,

Ex equo, vitaeque docens verboque Balenses.

Eheu! quid licuit, pestis acerba tibi!

O quot rugestos, noctesque diesque labores,

Spem qualem et quantam perdidit vna dies!

Quid facias? ubi fata vocant, diuina voluntas

Quando migrare iubet, nemo manere potest.

In Vmbone Ecclesiae legitur sequens

Chronicon quo pagus exustus est.

Infelix BALEN de CIMO sexto ante Calendas

Octobris, per illa facta rapina feris.

Ochlaen BALEN sal nu en ten eeuwighen daghen

Den brent vanden seshienden Septembris beclagen.

IN PAGO vulgò AERTZELAE.

Hoc monumento reguntur corpora

nobilis atque generosi viri D. \* ANTONII \* Fuit

DEL-RIO, D. De Cleymael & Aertzelar, hic

& Domina ELEONORAE LOPES fidiff. eius pater

uxoris Oriundus fuit ex nobili & clara P. An

prosapia DEL-RIO, deducta ex eiusdem tho-

nominis solo in valle de Bureba in mon- Del

tib. Castiliae sita, cuius vterque parens se- Rio,

pultus est in clarissima Vaccaeor. ciuitate qui

Burgos, regni Castellae metropoli, in san- Loua

ctiss. Trinitatis monasterio, sacello. Resur- pul-

rectionis, quod ab ipsis, & dicto Domino Col-

ANTONIO DEL-RIO aedificatum, nec non legio

splendidis redditib. locupletatum est. Auus Soc.

1711

Aa 3

&

& Proauus cæterique à paternâ parte maiores, ex antiquis & illustribus familiis DEL-RIO & ESPINAR prognati in ciuitate Segobiz; in S. Matrini ædis, sacello S. Catharinę ab ipsis constructo, sepulti sunt. Materni parentes in prædicta Burgensium vrbe, in monasterio S. Ioannis cõditi sunt ex generosis familiis de Valladolid & Medina profecti. D. ELEONORA pater atque mater Antuerpiæ in monasterio Carmelitarum in sacello B. Virginis dedicato, ab ipsis exstructo, humati sunt. Paternorum parentum sepulchra exstant in Arragoniz oppido Catatauid: Maternorum verò ex vetustiss. familiis SPLINTER & BERCHEM suæ stirpis originem reperentium, in oppido Alostenli sepulcror. monumenta visuntur. Vini hoc sepulchrum sibi heredibus, ac successoribus suis, totique retro posteritati P. CC. institutis duabus missis singulis septimanis pro salute animarum suarum, parentumque suorum, dicendis, Pio erga DEVM eiusque cultum affectu, posteris autem suis, quid & ipsi facere debeant proponentes exemplū, hunc etiam chorū repararunt, & varijs additis ornamentis exornarunt, SS. in primis Sacramenti domo exedificatâ, & super summū altare, quæ nūc videtur, imagine collocata, alijs quoque multis beneficijs hæc Ecclesia ditata, in Christi gloriâ & honorem. reffectis ijs quæ, fracta contaminatq; fuerant

fuerant ab impiis & detestandis hæreticis,  
vulgò GEVS appellatis, a. M. D. LXVI. Obiit  
ipse Vlissibonæ, ann. salutis nostræ M. D.  
LXXXVI. Die XVII mensis Febr. cùm vi-  
xisset ann. .... Decessit illa anno M. D. CII.  
d. XXI. mens. Aprilis, cùm vixisset an. ....

Sepulta Antuerpiæ apud Carmelitas in  
Sacello D. Virginis MARIAE, cū epitaphio:  
*Tu pie lector, pro eu DEVM precare, sicut & tu ipsos  
pro te orare cuperes.*

Ibidem.

**O** Mnia mors soluit, sunt omnia terrea mortis,  
Mortalis viuo viuere disce DEO.

Omnia debentur morti, mortemque sequuntur,  
Mortalis verum disce timere DEVM.

Omnia, mors, tua sunt, morientur & omnia morte,  
Discite mortales viuere, itemque mori.

Dum tibi, dūmque alijs patet alti ianua celi,  
Non cras, cras serum est discere, disce hodie.

In municipio DE GHEELB, in  
ecclesia Collegiata S. Dipnæ.

Inclyto Baroni Domino IOANNI, di-  
tionum de Merode, Perwez, Duffel, Leef-  
dael, Waelhem, Gheel & Westerloo Do-  
mino, viro heroicis planè virtutibus ac  
mirifica pietate insigni, nimirum, qui  
cū in cæteros omnes, tum maximè er-  
ga suos domesticos & Officiarios, inpri-  
mis autem erga CHRISTI egenos tan-  
ta fuit beneficentia, vt hos quidem in  
cuncta mobilia sua bona, testamenta-  
ria dispositione hæredes instituerit;

illisverò singulis, iuxta cuiusque meritum  
de vitali pensione benigne prouiderit,  
Executores vltimæ eius voluntatis, perpetua  
illius memoriæ ergo F. C. Vixit ann.  
LIII. M. IX. D. XIV. Decessit XVIII. Ianua-  
rij, Anno à Christo nato M. CCCCLIX.

Prenobiliitem Marronæ D. ANNE DE  
GHISTELLES, suauissimæ tanti herois  
coniugi, pari pietatis munere decoratæ.  
Vixit ann. ferme xxx. Obijt xxviii. Mar-  
tij, Anno M. CCCCLXXXIII.

*Satis vixit, qui bene moritur.*

*Ibidem.*

*Quisquis ades, qui morte cades, sta, respice, plora.  
Sum quod eris modicum cineris cum veneris hora.*

## MECHLINIENSIA.

IN MECHLINIAM.

MAXÆMYLIANVS VRINTIVS S. P. Q. G.  
à secretis.

**M** Aiestate fori, sacroque verenda Senatu,  
Arx legū, & Domina meta suprema Toga.  
Arx eadem Martisque domus, Vulcania fornax,  
Tam rigido ferro, quam reuerenda foro.  
Clara viris, spatiosa viū, argentea lymphis,  
Calo hilari, positu commoda, pulchra lare.  
Tota increta solo & pariter discreta Brabanto,  
Vrbs domina & domino pro regione suo.  
Gemmula munditia, RVMOLDI mole decora,  
Aucta pio clero, Pontifice aucta sacro.

*Omnibus*

*Omnibus illustris, lux & nitor vndique amœnus,  
Quam nisi MECHLINIAM, MELLINIAM  
esse putes.*

## IN ÆDE PRIMARIA.

D. RVMOLDO SACR.

D. O. M.

IOANNI HAVCHINO Archiepiscopo,  
Mechliniensii II. viro incomparabili, qui  
non subnixus, iam obsoletis maiorū suo-  
rum imaginibus, sed propria virtute per-  
omnes sacræ militiæ gradus, ad Archiepisc-  
opatus apicem fauente numine euectus,  
ita se vbique gessit, vt candore, comitates  
prudentia, pietate, viuus exactum omni-  
bus exemplum, mortuus ingens sui desi-  
derium reliquerit.

Vixit ann. LXII. In Archiepiscopatu VI.  
Obiit anno restauratæ salutis M. D. XXCIX.

Ipsis Non. Ianuarii.

NEMO SACRVM TURBET CINEREM.

**Q**ui sua sacra DEO, qui Principibus sua iura,  
Qui voluit populo commoda salua sua;  
Cui sua priuatim ratio sic constitit, omnem  
Vt fortunam æquo pectore pertulerit:

Qui resipiscentes ad apertis obuins vlna  
Excepit, cunctis mitis vbique Pater.

Et tamen in dignas generosus surxerit iras,

Sic quories fieri nempe necesse foret:

Qui prudens, sapiens, pius & candore niuali,

Nulla virtutum non genere eminuit:

PræsVL Ioannes Iaceti haC HAVCHINVS In Vrna,

Cætera scire qvæ Vnt Ipsi etiam Antipodes.

Aa 5

Ibidem.

Ibidem.

D. O. M.

Clariss. Viro D. RENOBERTO DE MALPAS, Presb. in Comitatu Burg. nato, V. I. D. huius templi Canonico, qui an. XLIX. agēs obiit pridie non. April. CIJ. IJ. LXXII. postquam Ecclesiæ Metropol. Cameraci Thesaurarii, & huius Archiep. sedis supremi Cantoris munere probè functus, & ob novum Breuiarii, ex decreto Concilii Tridentini restituti ritum, cum eius cantu & ceremoniis, Illustriss. Card. Granuellani Neapol. regni Proregis iussu ingenti labore à se introductum, infimam laudem consecutus est. IOANNES DE MALPAS frater mœrens H. M. F. C.

D. O. M.

Nobili ac strenuo viro

CATERINO WYTS,

Leg. Burgund. in regia militia

Centurioni,

qui apud Ardriam in præsidio,

dum animosè in hostem lacescentem

equo erumpit,

solus à pluribus circumventus, aduersus

resistensque caditur,

glande plumbea caput traiectus,

sed sic quoque, nec ensem nisi mortuus

&amp; extortum demisit.

Cecidit ætatis suæ anno XXIX.

Christi M. IXCXVII.

Non. Martii.

Pyssine

*Pyssimo filio parentes heu! massi & superstites  
PP. Cenotaphium circa cineres Maiorum.*

*Ibidem.*

**C**ECILIA hîc recubat cognomine STRATIA,  
*pridem*

*Magno à Concilio cui pater vnus erat.*

*Hac qua nata domo & nutrita & iuncta marito est,*

*Hac quoque parte domus decubuit moriens.*

*Ter ternos menseis septenosque ordine Soles,*

*Tantum est facta vxor, cum perit ante diem:*

*Lux ea Martis erat charoqua iuncta marito est,*

*Et qua decessit lux quoque Martis erat.*

*Andouerpam habitans charum ante secuta maritum,*

*Hîc tandem est dulci contumulata Patri.*

Matthæus Despomereaulx Anruerpiens.

*multo dilectiss. coniugi, ob æternam*

*arctiss. charitat. memoriâ lacrymabundus*

*Pos.*

*Vixit ann. plus minus xxii. Decessit*

*vi. kal. Nouemb. A. M. D. xxxiv.*

*Ibidem.*

VNVS OMNIA.

**D.** PETRVS IÆCX, Theologus, huius me-

*G. Ri-  
uio 16*

*tropoleos ciuis, & Pastor primarius,*

*Me-*

*doctrinâ atque vitâ bonus,*

*ebli-*

*anno muneris obiti xv. ætat. xliii.*

*nienfi  
au-*

*Christiano M. DC. xi. vii. Kal. Maias,*

*Rora.*

*sepulerû hoc sibi voluit, scholam, Lector tibi.*

*TRIA esse OMNIA passim sophi prædicât:*

*Iste breuius ac veriùs, VNVM OMNIA.*

*Hunc scire, scire est: cetera, est inscitia.*

*Hunc frui, fructus est: cetera, est miseria.*

**OVNE**



Ovne, ô trine, ô omnia,

Da nobis te scire: ipsi, frui.

Ibidem.

(dus

**M**ole sub excelsa iacet, hac tumulatus Odar-  
Cui studum sacras cudere Ephemerides.

Ex adyto templi prudens descendit ad imum;

Aptior ex humili quo sit ad astra via.

Qui tua ut alta videt Mechlinia culmina turris,

Aut legit, hac dicat, sit bene; Odarde, tibi.

IVS LAUDE CORONAT.

Vivere desit Annocii. IX. kal. Julii.

D. O. M.

Et memoria HENRICI BERNARTI ac  
ANNÆ SMITS coniugum, qui per omne  
virtutum genus vitæ curriculo decurso;  
priscâ pietate, Fide & Candore præstantes  
magno sui desiderio relicto, placidè in  
Domino hîc quieuere. Liberi & nepotes

mœsti R. C.

FAC QVOD VELLE FECISSE MORITVRVS.

D. O. M.

**H**eu prostrata iaces COGMANS mea sponsa  
sepulcro,

Lugentem sponsum deseris ah miserum?

Me sponsam Christus sociat sibi febre IOSTINAM,

ÆGIDIQUE manes dum tua sors veniat.

**C**AMPIE stringe oculos, morti succubimus omnes,

Ter annos mundo quinqve fui, iaceo.

Disce hinc quàm fragilis præsens sit vita, viator,

Quàm vanum mundi rebus habere fidem.

Condoleat sponso soluenti iusta sepulta,

Et pro me supplex supplice voce roga.

M.

ET MONVMENTA BRABANT. 381

M.ÆGIDIUS VAN CAMP. I.V.L.D. Iosina

. GOGGEMANS sponse suæ inæstus poss.

Obiit xxv. Iunii. anno M. D. xchi.

IN D. IOANNIS.

CLAUDIO PERRENOTTO Burgundo, maximæ spei iuueni, sacris initiato, quem, dū Fata felicitati eius inuident, è viuis sustulère xx. Decemb. Anno M. D. xxv. N. PERRENOTTVS Cæs. CAROLI V. à secretis Consiliis opt. mer. fratri pos.

DEO SACRVM ET MEMORIA

D. PHILIPPI DES MARES,

Toparchæ illius loci, & Walliæ, primi à cōsiliis Archiducū, & à rationibus prouinciæ Batauiæ.

Vixit ann. L. Menses vii.

Et id muneris annos obiuit xxii.

Ac denique diem suum prid. non. Iun.

M. D. CII.

AD LECTOREM.

**O**Mnes quæstores vita, non domini, sumus,  
Et cum lege rationum reddendarum, vt vides.  
Eximius nemo. si quispiam; vtiq; fuisse iste  
Rationum magister, at alij magistro & ipse reddidit.  
Vt ad probabiles, vtq; paritæ, tu Voue quisquis amas  
Et pro te rogari ne reliquator sis.

IOANNES DES MARES  
fratri. (heu!) suo posuit.

Gaugericus Riuius Aduoc. Mechlin. Auct.

IN D. Mariæ.

D. O. M. S.

Clariss. D. NICOLAO EVERARDO Mid-  
delbur-

delburgensi, summi Concilii Præsidi, marito cariss. Patrique pientiss. vxor liberique cum lacrymis Pos. Vixit ann. LXX.

Obiit anno à salute restituta CIO. IO.

XXXII. v. Id. Augusti.

IBIDEM.

Clariss. consultiss. doctissimoque Viro ac D. EVERARDO NICOLAI Equiri Aurato, & summi Belgicæ Concilii Præsidi, parenti pientiss. liberi mœsti posuere. Vixit annos LXIII. Obiit anno à Christo nato CIO. IO. LXI. vi. Id. Maii.

*Requiescat in pace.*

D. O. M. &

Memoriæ D. HENRICI HECTORIS Leodicens. qui magno labore, ob temporum difficultates fideliter administrato, per XXXI. annos huius sacræ ædis Curionatu, magno sui desiderio relicto, placidè in Domino quieuit, an. reparatæ salutis M.D. C. II. mēl. Oct. die IX. IAN. MALDONADO ex testam. heres P. cū vixisset ann. LXXIII.

*Precamini pacem defuncti manibus.*

D. O. M.

ET

Memoriæ D. MATTHIÆ VANDEN HOVE, Theologi, huius Sacræ ædis Curionis, qui dum ouibus suis, grassante pestifera lue, vt bonus Pastor sedulò adest, eadem corruptus, summo cum bonorum dolore in flore ætatis occidit, prid. Id. Oct. Anno Domini CIO. IO. CIII. Et memoriæ IOAN.

VANDEN

**VANDEN HOVE** Matthiæ Patris, ciuis ac  
mercatoris Mechliniens. qui auitam reli-  
gionem ac patriam aduersus ingruentes  
sectarios fortiter propugnans, ab iis cum  
quamplurimis conciuibus suis trucidatus  
est v. Id. April. Ann. Domini **CIO. IOXXC.**  
**D. MATTHIAS VANDEN HOVE** Archiepi-  
scopus Mechliniens. huius frater, illius  
patruus mœstus P. C.

*Hæc qui legis, sortis memor versatilis,  
dic; Sit pijs pax Manibus.*

IBIDEM.

**D. DIONYSIVS SGROOTS** artium & I. V.  
Doctor, Dominus temporalis de Wom-  
merson & Walsbergen &c. Regiæ maie-  
statis Consiliarius religione & pietate in-  
signi matronæ **D. FRANCISCÆ CHAERLES**  
vuxori cariss. defunctæ II. Febr. **CIO. IO.**  
**LXXII.** cum summo animi dolore sculpi  
iubebat. *Orate pro salute anima.*

**IN S. CATHARINÆ.**

**D. O. M. S.**

& pijs manibus

**FRANCISCI DE MEYERE** Antwerp.

qui in istac vrbe hospes,

in cælestem patriam

te antecessit, Viator,

**XII. kal. Iul. Anno CIO. IO. CII.**

**Septem liberi superstites M. H. M. P. P.**

**AD AVGVSTINIANOS.**

Nobili atque honorato viro **LYDOVICO**  
**AVILLAIN, Iolain D.** in magna curia Me-  
chliniæ Senatori Imperatorio, ætat. suæ

anno XXXIV. in imatura morte prærepto,  
coniugi suo dilectiss. CECILIA A BER-  
GRES cum Antonio vnico filiolo funestiss.  
Poss. Obijt an. M. DXLVIII. Non. Septemb.

QUIESCAT IN DOMINO.

H. S. E.

Venerabilis Pater P. HENRICVS IAV-  
PEN, S. Theol. Bacal. qui postquam XXXV.  
ann. in Conuentu Priorem egit, & bis Pro-  
uincialem, ætat. LXVII. relictis fratribus  
suis multis & opt. pietatis & relig. exem-  
plar obdormiuit in Domino.

Anno C. 13. 10 CVIII. XXVI. Iunii,

A. R. I. S. P.

Ante Carmelitas.

B. MARIA ad ordinem.

*Dum fluet vnda mari, curret que per aquora Phœbus,*

*Vinct Carmeli candensq; ordo mihi.*

Ante Scholam publicam.

*Arte probus, probitate pius, pietatē beatus,*

*Vt verē fias, hæc schola culta dabit.*

Ibidem.

*Turpe foret mansisse diu, vacuumque redire,*

*Splicitosque patres fallere turpe foret.*

IN BEGINAGIO.

In medio huius chori sepultæ sunt no-  
biles & religiosiss. Dominae huius Beginag-  
ij fundatrices, D. MARIA vidua D. GV-  
ALTERI BERTOYT, Domini Mechlinien-  
sis, quæ obiit XIX. Maii, M. OCLXXX. Et D.  
SOPHIA DE BREDa eius F. vidua D. HEN-  
RICI, Domini De Breda & de Bergis, quæ  
obiit

ET MONUMENTA BRABANT. 389  
obiit anno M. CCXCIX, Febr. XXV.

MONUMENTVM NON POSITVM.

Qui stare etiam potui,  
hic iaceo.

Nil anni, aut vires profuerunt;  
nec scio qui extinctus sim.

homo parumper fui.  
etiam rogas?

rem feci; nec reliqui quibus volui.

sic Fortuna fauit, vt noceret.

viuere etiam viuus desii,

vi curarum & morbi,

quem ignoro.

sed nunc extinctus viuo;

nunc sepultus loquor;

& te lector rogo,

mori cogites, priusquam moriaris.

In ædibus cuiusdam I. C.

COLLOQVIVM RVSTICI ET Aduocati

R. Hem aperi. A. Tu quis? R. tum est. A. quid  
queris? R. vt intrem.

A. Fers aliquid? R. Non. A. esto fers. R. fero. A.  
quid? R. satis. A. intra.

Quid fers? R. oua. A. quid ille? R. capos. A. quid  
tertium? R. Agnum.

A. Nemo magis? R. sunt qui adducunt. A. quid? R.  
cum, boue porcum.

A. Vos laudo: tamen hi forsan plui iuris habebunt.

R. Dic quare? A. Oua, Capos, Sui, Bos, malè per-  
det & Agnum.

Bb

Ibidem

Ibidem.

*In aula Regis, non est multum legi.  
 Si qui sunt boni, coguntur esse doli:  
 Si qui sunt mali, sunt in gratia regali,  
 Si qui sunt ceteri, ferme sunt bibuli.*

Ibidem.

*Ambitiosus honos & opes & fœda voluptas,  
 Hac tria pro trino numine, mundus habet.*

Ibidem.

*Ferre moram, moderari ira, contemnere risum,  
 Dura pati, cunctos Aulica vita docet.*

Et;

*Regum sollicita quicumque senescit in aula,  
 Aut fuit, aut semper postulat esse miser.*

Ibidem.

*Aulam reperit qui bonam, & utilem, & fidelem,  
 Me autore sequatur, duce me, meque sequente:  
 Si quis queritur, nec fugit, huius miserebor.*

## AD LECTOREM,

**V**ida Viatoris quasi transitus: omnia finem  
 Quaecunque immundus mundus honorat, habet.  
 Transit honos, virtus, fortuna, pecunia transit:  
 Mente Deo similis, corpore transit homo.  
 Transiunt & patres, simul hinc transibimus omnes.  
 In caelo patriam, qui bene transit, habet.

FINIS.

## APPENDIX.

Cùm huc usque corrente prælo per-  
 cumentum esset, Epitaphia duo Bruxel-  
 lensia ad me misit CL. V. D. CAROLVS  
 DE BOVRGEOIS, in magno Brabantiz  
 Concilio Consiliarius, homo Gratiis na-  
 tus, antiquitatis & omnis elegantiz ad-  
 mirator & cultor vnicus; in quo quid lau-  
 des potissimum nescias, ingenium ne o-  
 mni doctrina cultum & perpolitum, cum  
 acri & limato iudicio coniunctum, an  
 mores suauissimos, prorsusque ad huma-  
 nitatem factos, quibus se summis pari-  
 ter & imis commendare solet. Iam  
 xxxvi anni sunt quod in D. Gudulæ ex-  
 tabant, sed Iconomachi, vt solent, dissi-  
 parunt: suo loco non esse posita, bene-  
 uolus Lector ignoscet. Hoc volebam he-  
 scius ne esset.

Bruxellis in D. GVDVLÆ.

*SEpuka viuum te saluat ODILIA.  
 Quid ad sepulta verba max fugit color?  
 Viuum saluto viua, cur? libitum est, rei  
 Placida bonaque dura dare vocabula.  
 Mala vita mors est, & sepulcrum & inferi,  
 Vna hac tibi timenda, si mortem timor.  
 Nam quod vocant Mori, est p̃ys renascier.  
 Nostri nihil peribit, nec pilus, nisi  
 Perit feraci semen abditum scrobe,  
 Max se benigno redditurum fenore,*

Bb 2

Si



Si rem putaris, quid mori est, nisi feri?  
 Condi sepulcro, quid nisi occari sata?  
 Iamque in propinquo est ille fatalis dies,  
 Dum vere nostro flantibus Fauonys,  
 Hac ossa sicca, siccu hic cinisculu,  
 Rediuiua putri pullulabunt è cauo,  
 Moxque emicabit læta corporum seges,  
 Quorum vivor perennis haud vnquam amplius  
 Marcescet. Hanc in spem, fidelis interim  
 Sopita gremio, terra seruat fragmina.  
 At mens caducū expedita vinculis,  
 Inuisa quanquam viuit, ac te cominus  
 Sentit, videtque, triplici discrimine  
 Vita anteacla, merita carpens premia  
 Messenque pro semente quam fecit metens.  
 Sua cuique nostrum nota fors, at vos latet  
 Bonæ pars relictis artubus circumuolans  
 Captat pias, hac committantium preces;  
 Vi à læendis expiata noxijs,  
 Quas terreo contraxit è contagio,  
 Iam pura purum adire possit æthera.  
 Has flagitatosubleua precamine,  
 Memor vices te mox manere mutuas.  
 Pendentis alto victima de stipite  
 Mors obsecranda est, obsecranda vulnera;  
 Hoc fonte si quod efficax piaculum  
 Viuisque manat, manat hinc & mortuis.  
 Si porro properas, tum precatus verbulo  
 Lucem & quietem, perge cursum, te quoque  
 Para sepulcro, moxque sequentur. VALE.

M. DXXVII, XIII. Maij.

Ibidem.

Ibidem.

**H**ospes ego infelix infleti corporis umbra  
 Itala, per Belgas nocte silente vagor,  
 Et saxum hoc volitans circum sum terror, amatam  
 Quærens qui cinerem hunc trans-ferat in patriam  
 Nec cessem, donec lacrymis defleta meorum  
 Quæ tulit hac eadem Parthenope ossa regat.

ANTONIO DOSÆ Neapolit. i. v. L. Patrit.  
 Qui homo Italus,

In Belgis morte importuniss. raptus,  
 dum gradum sibi ad summos honores  
 faceret apud Regē suū Philippū Austriū,  
 acerbissimam sui memoriam  
 reliquit amicis suis.

Vixit ann. xxxix. Obijt M. ccccclvii.

O Fall. H. S. Frag.

Q. F. E. T.

In N. L. Q. Im. S. S. Frang.

ET L. Eta. I. I. L.

O Quam P. L. P.

Antuerpiæ, in D. MARIAE.

D. O. M.

IOANNI BELLERO Bibliopolæ

Antuerpiensi,

Balistariorum iunioris Collegii

S. Georgi quondam Decano,

ELISABETH COMMERS

coniux heredesque

hæc marito opt.

hi parenti chariss.

Bb 3

sibi

sibi suisque posuerunt.

Obiit ille xv. Octob. cld lxxv.

Aet. lxx.

Hæc . . . . .

*Animabus requiem lector precare.*

Ibidem.

ÆTERNITATI SACR.

IACOBI DELA FAILLE

hic ossa clauduntur,

donec mortale hoc

immortalitatem induat.

Obiit 9. Februarii. anno 1597.

Ibidem.

HIC SITVS EST

FRANCISCVS IO. F. IO. N. SCHOTTVS

DOMO ANTVERPIA

BIDEMQ. E. IV. VIRIS AB ELEEMOSYN.

TOPARCHADE BOVTERSOM:

CVIVS VIRTVTI CONIUNCTAM FORTVM.

POPVLIO PRIMARIVM FVISSE VIRVM

VNO ORE CONSENTIEBANT CIVES:

ET ANNA BOSCHAERT CONIUNX PIENTIS.

OBNT ILLI AN. CIO. IO. LXXVII. IX.

KAL. MAI. ETAT. LXXII.

HÆC CIO. IO. LXXII. X. KAL. FEB. ET. LIX.

FRANC. FR. F. SCOTTVS I. C. ET SENATOR,

CVM CONIUGE LECTISS. SVSANNA LEWAI

VRGENTE AND. SCHOTTO FRAT. CARISS.

SOCIETATIS IESV PRESBYTERO

SIBI AC POSTERIS LIB. MER.

PARENTIS OPT. MONVM. HOC DE SVO

INSTAVR. CVRARVNT.

S. J. T. L.

ET MONUMENTA GRAEANT. 391

IN D. IACOBI.

D. O. M. S.

In hoc sepulcro haud pulchre,  
Pulchellus infans dormit Henricus,  
Henrici Vweni, magni Concilij senatoris filius.  
Quem puerum mox crudelis Parca fecit senem,  
Maluitque superu, quam hominibus diu iungi,  
Praeuit ille lector, ego, Tuque sequimur,  
Mortalitatis vitare legem, nullus qui vitare potest.

Ergo Faue Lector,

Et innocua huic anima

BENE FELICITER

APPRECIARE.

Deiuxit annos ix. Obiit anno à

Virginis partu c. 10. 10. c. 14. Id. Iun.

HENRIC. VWENS SENATOR,

ordine naturæ turbato

Filio pientissimo mœrens P.

subscribente altero filio Georgio

s. p. q. a. à Secretis.

IN D. GEORGI.

DVM PATIAR POTIOR.

Hic sepultus est M. BARTHOLOMEVS  
MYLIRIVS I. V. Doctor, propter singulare  
virtutem ac eruditionem ad Senatoriam  
dignitatem ciuitatis Antwerp. electus, obiit  
in ea functione xxviii. Martii, anno c. 10.  
10. LXXII. Aet. xxx.

Ibidem.

Hic iacet Dominus COSTINVS Fil.  
LVICKX, in Elnontdike in Zelandia pres-

Bb 4

byter,

byter, primus Capellanus huius altaris  
S. Barbaræ virginis Sac. Qui obiit anno M.  
cccc. xxiv. Ipso die sancti Lamberti

Orate pro eo.

Ibidem.

D. CATHARINÆ GALLÆ desideratiss.  
VXORIS visceribus candidiss. SANCTIVS  
AVTLA Antwerp. Castri Præfectus monu-  
mentum M. P.

AD CARMELITAS.

Deo humani generis servatori, omni-  
potenti,

eiusque D. Matri V. Mariæ Aspricollis,  
*Ferdinandus Helman* F. Hieronymi, olim  
huic vrbi ab eleemosynis, & *Catharina*  
*vande veken* coniux F. Ioann. Domini  
Cappellæ & Nieuwerkercke hanc fenestrâ  
pio zelo DD. CIO. 10CXIII.

*In Seminario Antuerpiensi  
ad effigiem Reuerendi in Christo Patris  
ac Domini Ioannis Miræj.*

IOANNIS MIRÆ I.

IV. Antuerpiensium Præsulis  
vultum hic vides, Spectator.

Neque enim heroicam eius mentem,  
qua semper alta complexus est,  
exiguâ tabellâ quis comprehenderit.

ILLE, Ille est,

Cuius in Deum Pietas,  
Erga homines Benignitas,  
In agendo Prudentia,

(Quæ

(Quæ virtutes vnà cum eruditione, sum-  
mæ in eo fuerunt)

Apud nos, posterofque

Perenni elogio celebrabitur.

HVIVS Industriâ & Labore,

Diocesis Antuerpiensis

Hac temporû malignitate penè collapsa,

Pristinum & pristino ampliorem splen-

dorem accepit.

Surrexit eius auspicijs hoc Seminarium

Pastorum,

quod & opibus suis moriens dotauit.

Visitantes Ecclesiarum resumptæ.

Missi in omnem vineam operarii.

Virginum Cœnobîa optimis institutis sta-  
bilita.

Cæremoniæ sacrarum introductæ  
formulæ.

Summa est. Quod olim de vrbe æterna

Octavianus Cæs.

Idem de Antwerp. Ecclesia iure is dixerit:

*Lateritiâ se inuenisse,*

& modico quo præfuit spatio,

*marmoream reliquisse.*

Discessit Bruxellæ in patria,

anno CIO. IO. CXI. XI. Ianuari.

Postquâ vixisset annos L. non tam dierum

quàm meritorum plenus.

LAVRENTIUS BEYERLINCK

S. Theol. Licent.

& primus huius Seminarî Præsidens,

Antistiti opt. de se merito Pos.

Bb 5

BRE-

B R E D A E.

In ædibus cuiusdam domiçellæ  
bonæ voluntatis.

**O**mnia vincit Amor. Superæ rex nouis in armis  
Pallit & Teneb. Omnia vincit Amor.  
Omnia vincit Amor. Flexit Proserpina Dilecti  
Martem blanda Venus. Omnia vincit Amor.  
Omnia vincit Amor. Barbarum Polyphemum adorna;  
Pas se videt aqua. Omnia vincit Amor.  
Omnia vincit Amor. Fœuet Neptunus in undis:  
Nouit & Alcides. Omnia vincit Amor.  
Omnia vincit Amor. Salomon & Scipio vixit  
Ilium ouersum est. Omnia vincit Amor.  
Omnia vincit Amor. celos & Tartara & vbera  
Et nemora & pisces, Omnia vincit Amor.

FINIS

## CENSORIS APPROBATIO.

Cùm omni ratione & arte Patriæ suæ,  
quæ est velut alter Deus, & primus  
maximusque omnium parens; decus mo-  
liri quemuis conueniat, eiusque pietatem  
tanti fecerit Latinæ facundia Torrens, vt  
iis qui patriam non modo conseruauit,  
auxerint, verùm etiam adornauerint, des-  
tinatum in cælo locum assignauerit. Certe  
nihil ei amplius impendi potest, quàm  
si illam ipsam, si qui ex eâ prodierunt eru-  
ditione ac famâ celebres, si denique quæ  
ab his profecta in quibus iam mortui vi-  
uunt, ad posteros exterosque transmittan-  
tur. Quod cum præsentis libro examini  
præstiterit *Brabantia suæ Franciscus Broeckius*  
F. Brabantus, dum scilicet eius encomium  
non adulanti verborum fucò; sed à splen-  
dore, eruditione, monumentis, inscriptio-  
nibus (quæ omnia veræ Patriæ delicia) adornat,  
luce donandum eò libentius fa-  
ciliusque censui, quo promptius ceteris  
exemplum relinquitur id ipsum imitandi.  
Ita enim fiet, vt nihil quod à magnis viris  
profectum aliquando, senium aut exitium  
patiatur. Anno CIO. IO. CXII. Id. April.

LAVRENTIUS BEYERLINCK  
*Theologus, Canon. Et Censor Antwerp.*



SVMMA PRIVILEGII.

**A**rchiducali Priuilegio cautum est *Hieronymo Verduſio* (illud ipſum Authori tranſlato, qui *Gaspari Belleri* tradidit & excudendi poteſtatem fecit) ne quis citra dicti *Belleri* voluntatem, MONUMENTA SEPVLCRALIA, ET INSCRIPTIONES DVCATVS BRABANTIAE intra ſexennium imprimat, aut alibi impreſſa in has Germaniæ inferioris diſtiones adferat, aut venalia habeat, ſub poenis latius ipſo diplomate expreſſis *Bruxellæ. M. DCXI. XXIII Iulij.*

Subſig.

*J. Buſchere.*







